De partu hominis, et quae circa ipsum accidunt / Libellus D. Eucharii Rhodionis.

Contributors

Rösslin, Eucharius, -1526.

Publication/Creation

Venice : B. Bindonis for J.B. Pederzanus, 1536.

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/nhgn2pa3

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org

Ramiff: L. 35.00

16511.

M.S Case I

S
20/6/06
766

~~5507~~ ~~J Cpnl.~~

55079a/A

J. XXIII. Roe

DE PARTV HOMINIS, ET QVAE circa ipsum accidunt.

LIBELLVS D. EVCHA rii Rhodionis, Medici.

Franc. Chri. Egen.

ERVDITISS. VIRO D. EV/
chario Rhodioni, Medicinæ Licen/
tiato Peritiſs. Medico Franco/
furtēſi. Chriſtianus Ege
nolphus. S. D.

HOminem, ſiue primorum parentū delicto, ſiue alio quopiā diuino cō/ ſilio, inter cętera animantia, vt quā ægerrime, neq; procul a mortis pe riculo progenerari, ita quā facillime interi/ re, ſi cui non ſatis teſtatū, euentus certe ipſe quotidie ponit ob oculos. Nil mirū itaq;, ſi ortum noſtrū pœnitius cōſiderantes, & ui/ tæ, uti quæ nō paruo conſtiterit, & oīs con/ uerſationis noſtræ, non mediocrē ſimus ha bituri rōnē. Qua re, ornatiſs. vir, illectus, ut opinor, olim humanitatis tuæ, cui bene ſit in dño, genitor. Cuius in hac urbe tuet no/ men refers & functionē, libellum quēdā de partu hominis, & quæ circa ipſum accidūt edidit Germanice, q̄ in tot mille deſcriptus exēplaria, non mediocri parturientū, obſte/ tricū, ac Medicorū deniq; cōpendio, tota di/ ſtrahitur Germania. Eum multoties extera rum Nationū eruditi cōplures latino ideo/ mate excudi, a me cū pleriſq; aliis, contende bāt. Germanos, q̄bus indies eiuſmodi ī om/ ni diſciplinæ genere uenuſtuli exoriantur li

belli, se lõge fœliciores causantes. Quorum precibus eo alacrius, qd' inde quasi hæreditario iure, ad eruditionem tuam, cui oĩa debeo, ac opt. parentẽ, non uulgarẽ honorem rediturũ p̃uiderim, obsequutus, amico cuidam docto iuxta ac sincero in latinã linguã libellum uertẽdũ detuli, qui uel tua caussa, quæ est uiri humanitas, id laboris lubẽs subiit, licet a sua ꝓfessione, id opus ualde esset alienum. Quãquã, ut ego puto, ob hanc uersionem, nõ minus illi se Latini, quã Germani tuo parẽti de æditione Germanica debere fatebuntur. Vale. Anno 1532.

PROLOGVS.

Osteaq̃ cœlestis ille rerum omnium parens Deus, ꝓm ineffabilem suã prouidentiam hoiem ab initio creatum, æternæ uitæ atq̃ fœlicitati destinauit, nõ satis ille quidẽ habuit, corpus hoc sensibus ac membris aptum atq̃ perfectum ut est ex nihilo creasse, nisi etiam eas insuper dotes illi adderet, quibus ea quæ ad alendum & conseruandum illud pertinent, inuenire, atq̃ diiudicare posset. Proinde pro summa illa sua erga nos beneuolentia, mentẽ ac rationem, nobis indidit, quibus quod ad cœlestia pertinet, ad ipsum q̃ proxime accederemus, diuinitatisq̃ tanquam participes essemus, & quod ad curam nostri atq̃ humani corporis spectat, omnia quibus ad alendam & custodiendam hanc uitam indagare atq̃ cognoscere possemus. Nam & hinc arbitror tot præclariss. hominum ingenia, nõ solum in his inferioribus atq̃ terrenis rebus circa plantarum, ac seminum potestates atq̃ naturam occupata fuisse, verumetiam in cœlum usq̃ sensibus, atq̃ cogitatione ascendisse, sy

derumq; rationes ac motus, ipsamq; totius uniuersi armoniam & effectum perscrutando, quid quoquomodo hominum uitæ atq; incolumitati conferret aut contra noceret, multiplici studio atq; diligentia didicisse. Tales enim videmus uetustissimum quidē illum Hypocratem, & qui post eum secuti sunt, Galienum, Auicennā, Rasim, atq; alios quos hic numerare necesse nō est, qui beneficio atq; uirtute Dei, eousq; euaserunt, ut quæcunq; vel ad præseruandam uel ad restituendam uitæ humanæ incolumitatem, necessaria forent, ea & ingeniis deprehendisse & ipsa omnibus præstitisse uiderentur. Quorum quidem exemplo, cū omnes nos, qui eadem illa studia ingressi sumus, ea quę ab illis prodita, & accæpta sunt, aliorū usui atq; vtilitati, quantum fieri potest tradere debeamus, equidem turpe mihi futurum putaui, si non pro mea quoq; facultate, humanæ uitæ atq; incolumitati aliqua parte profuissem, præsertim cum non omnibus tot ac tanta illorum uolumina euoluere liceat, & nostrorum temporum malignitas doctorum Medicorum copiam non passim aut semper præbeat. Porro cum multa sunt, quorum cognitio his temporibus vt rara, ita ualde necessaria est, tamen in

parte aliqua documentum ſtudiorum ac di ligentiæ meæ exhibere malui, quã toto ope re periclitari, & ceu figulinã in dolio, ut di/ citur, auſpicari. Et quiain hiſce regionibus, in qbus mihi hactenus uiuere contigit, mul ta ac uaria pericula circa prægnantes, earũq; partus, accidere ſolent, quod eæ plerũq; qui bus obſtetricandi munus commiſſum eſt, per imperitiam minus ea quæ parientibus, aut ex partu laborantibus proſunt, aut con tra obſunt, intelligunt ac uident. Conſtitui breues quaſdam velut commẽtarios ſuper ea recomponere, ex quibus meo quidem iu dicio, facile omnia illa, quæ obeſſe ſolent, cu ra præuerti, aut ea quæ aduerſa accidere, cu rari atq; reſtitui poſſunt. Quãquidem meã operam non iis ſolum ad quos ea maxime pertinet, utilem: ſed etiam iis qui animũ ad hæc ſtudia perdiſcenda adpulerũt, & in uni uerſum omnibus ſtudioſis gratam fore exi ſtimo, præcipue cum nihil tam deforme ubiq; ſit, q̃ hominem litteris atq; eruditiõe aliis præſtantem, ipſum ſuæ generationis atq; originis rationem atq; modum neſcire. Cæterum totus hic libellus duodecim capi tibus continetur, quorũ quid in unoquoq; docetur, infra ex ordine ſubnotauimus.

¶ Tabula huius Libri, in quo continetur duodecim capitula.

Vo ſitu atq; habitu partus ĩ utero quieſcit, & quot pelliculis idẽ circũuoluitur. Cap. primo.

¶ Quod tempus pariẽdi, & qui contra naturam fiunt. Cap. II.

¶ De facili partu, & difficili, & quo pacto facilitas aut difficultas hæc cognoſci poteſt. Cap. III.

¶ Quid parientibus maxime agendum, & quomodo ægre parientibus ſubueniendum eſt. Cap. IIII.

¶ Remedia, quæ partum adiuuant, & facilem reddunt. Cap. V.

¶ Quomodo Secũdina eſt parientibus eximenda, ſi ea ſponte ſua non diſceſſura ſit. Cap. VI.

¶ Varii caſus, qui circa, aut etiam poſt partum mulieribus accidunt, quo pacto & quibus remediis præuerti, atq; curari debent. Cap. VII.

¶ De abortientibus, & cauſis abortuum, & quibus remediis iidem præcaueri poſſint. Cap. VIII.

¶ De par tubus emortuis, & quibus ſignis cognoſcantur, & quo modo. Cap. IX.

¶ De recens natis quomodo fouendi, alendi, & curandi sint. Cap. X.
¶ De lacte, & nutrice, & quãdiu infanti mãma præbenda. Cap. XI.
¶ De uariis morbis & casibus in quos recens nati incidere solent, & quomodo iidem curandi. Cap. XII.

¶ TraditurO mihi de partu hominis, & quæ circa ipsum pariẽtibus accidunt, necesse uidetur antea quam ad ipsam rem accedam, de situ atq; dispositione, quomodo in utero se partus habent, nonnihil commonere. Neq; enim facile quæ consequũtur, intelligi possunt, ubi caussas & principia ex quibus quæq; nascuntur, ignoramus.

QVO SITV AC HABITV PARtus in utero quiescit, & quot pelliculis idem circumuoluitur.

Capitu. Primum.

PARTVS igit̃ in utero ad hũc modum se habet. Principio ipm̃ quidem caput, ingenua pronum decumbit, manibus inter genua & caput utrinq; insertis. Deinde uultus & os ingenua ita obuersa inclinãtur, ut nasus quidẽ inter genua dependere, oculi autem, uterq; alteri genuum propemodũ impressi uideãtur. Quæ cum ita sint, totus quidem partus ad inter ora uteri aspiciens, & tantum non supinus recubans, formam Spheræ, in se reflexus, & incuruatus, habitu suo exhibet. Porro circũdant atq; muniunt partum, tres tanquam folliculi, quorum primus reliquos duos, ipsumq; partum inuoluit, defenditq; a malis humoribꝰ, quæ post conceptũ ut supflui & inutiles ex Mẽstruis restitere, qui neq; ad alimẽta partus, neq; ad incrementum aliquid cõferunt, sed inutiles atq; ociosi hærẽt inter Secundinã (ita enim primũ hoc inuoluctũ uocant) & locos quos

uulgo matricem dicunt, donec partus egera tur. Tunc enim inter pariendum una cum partu & Secundina, hi quoq; pellunt, & ex/ purgãtur. Atq; hanc Secundinã necesse est, ut partus egerat, ab obstetrice dissolui. per/ inde ut in sequentibus trademus.

¶ Proximum folliculum, uulgo biles uo cant, hoc inferiora partus, ab umbilico usq; integuntur. Estq; uariis ac multis rugis im/ peditus, & uelut iter septus. Quẽ ideo sum/ mus ille parẽs lacunosum ita & receptibus dẽsum reddidit, quo, quicqd acerbi humo/ ris, ut sunt lotiũ, sudor, & id genus alii, cir/ ca partum, colligitur, id omne innocuũ ut esset, neue ad partum penetrando, ipsum exulceraret.

¶ Secundo hoc inuolucro ceu quadam deriuatione aliorsum diduceretur. Etenim quãdiu in utero partus est, lotium emittit, non per debita mẽbra, sed per uenã, quæ de umbilico ad id pmine, tut humores illos in secundi folliculi riuos, & lacunas deiiciat.

¶ Tertium uero inuolucrum atq; inti/ mum, rursum hoc totum quidem partũ in uoluit, ac tuetur aduersus suiipsius lotium & humores, & non duritiem Secundinæ di stinet, ne quid ea durius aut uiolentius par/ tui impressa, nocere possit. Et hoc ut Alber

tus ait, ab obſtetricibus, armatura cōceptus, ab Auicenna autem Abgas appellatur.

¶ Atq; hæc de habitu atq; iuolucris partuū tradidiſſe hoc loco, ſatis ut puto fuerit.

¶ Quod tempus pariendi, & qui partus naturales, & qui contra naturam fiunt. Cap. II.

POSTQVAM igitur tempus pariēdi appetit, id quod fere poſt nouum mēſem fit, hebdomadis a cōceptu circa quadraginta exactis, hæc plerūq; prægnātibus ſigna accidunt, ex quibus pariendi laborē inſtare cognoſcunt.

¶ Principio dolores quidam circa ilia & inferiora umbilici, & ex aduerſo intergo oriuntur. Deinde fœmora & quæ proxima genitalibus ſunt, iiſdem doloribus grauantur. Mox inflammari incipit, poſtremo eadem intumeſcit, humoribusq; exundat, ut facile eius rei ſignificationem prægnanti, de ſe relinquat.

¶ Quæ quidem ſigna poſteaq; prægnantibus eueniūt, & quæ genitalibus proxima ſunt, protinus intumeſcunt, ipſum pariendi tempus adeſſe, ſciendum eſt.

¶ Duplices autem partus sunt, quidam ſm naturam, quidam contra dicuntur. Qui ſecundum naturam ſunt, ſuo ac legittimo tempore, deinde iuſto ac debito modo egeruntur.

¶ Legittimum enim tempus nonus, ut plurimum, menſis eſt. Tametſi nonnunquã fit ut ſeptimo menſe quędam pariant, & partus iidem uitales ſint.

¶ Octauo uero menſe ſi qui gignantur ut hoc quoq; interdum fieri uidemus, eorũ uita aut nulla, aut per quã breuis eſt: ut Auicenna quoq; teſtatur.

¶ Modus autem qui naturali partui proprius eſt, eiuſmodi eſſe debet, ut, quemadmodum Albertus Magnus tradit, partus in hunc modum egeratur.

¶ Primum, ut caput præcedat, ſequãtur ceruix & humeri, manus autem lateribus applicatæ, & recta in pedes uſq; extentæ, cum iiſdem ultimo ædantur. Tum autem facies atq; oculi infantis aduerſa, ac totus ueluti ſupinus, ac ore in cœlũ aſpiciente naſci debet, cuius rei exemplum proxima figura exhibet.

Nam

¶Nam ut Albertus tradit, & a nobis ante quoq; memoratum est, partus in utero ita se habet ut antequam pariendi tempus ad uenit, ad interiora uteri conuerso uultu sedeat, suoq; pectore tergum matris aspiciat. At uero ubi iam in lucem edendus est, tempusq; pariendi adest, resupinus inuertit: ita ut capite terrã uersus statuto, pedibusq; in sublime erectis, iã nõ amplius tergũ matris, sed partẽ qua exiturus est, aspiciat, ex quo deinde fit, ut uultu atq; ore supino, ut diximus, cũ ꝯm naturã progredit, egeri debeat.

¶ Alterum autem quod ad naturalē modum pariēdi attinet, hoc est, ut in exitu partus longius non moretur, aut subsistat, sed statim ac facile & ceu uno quodam impetu, egeratur.

¶ Partus uero contra naturā fiunt, ii qui cunq; uel eo tempore quo non debent, uel modo alio quā quo diximus eduntur. Auicenna tamen eos partus qui pedibus primo egeruntur, manibus in aduersos pedes, ea

parte,qua iidem pinguiores esse solent, musculiq; dicuntur,extētis ut in hac figura apparet,non naturales quidem appellat, sed tamen naturalibus proximos, propterea qd' non adeo periculosi,atq; cæteri, qui contra naturam fiunt,soleant esse.

¶De facili partu & difficili,& quo pacto facilitas aut difficultas hæc cognosci potest. Cap.III.

ATQVAE hoc loco sciendum est,quod sæpenumero uariæ difficultates ac pericula circa parientes incidunt, cuius rei causas ordine prosequamur. Primo quoties matrix angustior est, & mulier ante duodecimum annum concœpit, id quod aliquando sed tamen raro contingit. Deinde ubi matricis os siue exitus naturali aliqua ratione accedente, aliquo morbo, ut sunt Apostemata, exulcerationes, ulcera, mariscæ, & id genus alia,coarctatur, siquidē ex his causis fit interdum, ut matrix nisi cum summo dolore aperiri, partūq; dimittere non possit.

¶Tertio cum accidūt uesicæ Apostemata & intestinis ulcera,aliaq; his sil'ia,cui matrix compatitur, non potest facilem partui

exitum præbere.

¶ Quarto, quod interdũ circa posterio/ra eueniunt ulcera, fissuræ, ac tumores He/morrhoidum uenarũ. siue obstricta aluus, ex qbus fit, ut mulier cõniti facile nequeat, & ita matrix certo suo officio destituatur.

¶ Quinto, si mulier imbecillior paulo est, aut complexionis inualidæ, si natura fri gida, si adolescẽtior, si grandior si pinguior, aut cõtra nimis gracilenta, si nunquã antea peperit, si formidulosa, aut morosa nimis est. Ex his enim caussis euenit, ut intractabi lis eadem fiat, ac mobilis, nunc huc, nunc il/luc discurrat, quæ res partum difficilẽ utiq; & asperum efficit.

¶ Sexto, tanquam generale hoc sciendũ est, mares facilius semper, q̃ fœminas pari.

¶ Septimo ægrum atq; difficilem partũ illud quoq; facit, si quod interim fit, partus maturior, aut plenior est, quã ut facile claus/tra locorum transire possit, aut contra si le/nior & tenuior est, ut ex eo minus aut tar/dius se conuertat, parumq; enitendo cedat.

Octauo

¶ Octauo, si geminos pariat mulier, ut alioqui partus ipse monstrificus est, ut cum unum corpus duobus capitibus, nasci cōtingit, qualefuit quod superioribus annis inditione vuerdemberga, hac (quam adpictam uides) forma, natum est. Aut cōtra si partus

lænis aut lubricus est:ita ut inter enitendũ citius,q̃ opus sit elabatur.

¶Vndecimo , quoties non suo modo, atq̃ legittime partus egeritur,ut cum ambo bus pedibus aut genib9 simul,aut altero pe/ de tantum emergit,aut cum primo pedibus profertur,manibus in sublime erectis,&qd omnium periculosiss.est,quoties aut latus, aut tergũ,aut podex inter claustra apparent reliquis,quæ prima conueniebat edi, intus cessantibus. ¶Item cum nascentibus gemi/ nis,ambo pedibus,aut alterum pedibus,alte rum capite simul prodeunt. Cuiusmodi pe/ riculosi modi varie ac multi accidere pos/ sunt.

¶Decimo,aggrauat partus,quoties abor tus quarto aut quinto post conceptum men se contingit , eo enim tempore claustra ad/ huc firma inter se atq̃ ualide constringũtur, ut Galenus ait. Aut rursus , quoties partus in undecimum mensem usq̃, propter suam ipsius , aut matris aduersam ualetudinem, protrahitur.

¶Vndecimo,periculose parit quæ partũ in vtero emortuum gerit,propterea quod is ne q̃ uerti facile neq̃ moueri ad exitum po/ test,aut cum partus in utero non mortuus sed imbecillior tamẽ est,& ægrotus , ut ipse

exitum suum promouere, aut adiuuare non possit. Quod ex his signis facile animaduertitur, si prægnans longo tempore ualetudinaria fuit, si fluxu uentris, aut mensium diuturno atq; insolito post concœptionem laborarit.

¶ Item si a primo cōcœptionis mense statim mammillæ expressæ lac emiserint.

¶ Præterea si partus in utero, suo tempore nō mouetur. Nam emortui in utero partus signa, & quo modo iidem pellendi sunt, infra capite nono docebimus.

¶ Duodecimo, periculose paritur, quādo Secundina firmior est, nec facile rumpitur atq; exitum partui præbet, aut contra cum eadem mollior atq; tenerior est, anteaq; rūpitur, q partus conuertitur, aut ad egerendum aptus est. Tunc enim collecti circa illā humores, citius abeunt, quam tempus pariēdi postulat, partuiq; sua & iusta humiditas atq; lubricitas quibus adiuuari debebat subtrahitur.

¶ Decimotertio, īpeditur partus nimio frigore, nimioq; calore. Quādo videlicet prægnans nimio gelu & siccitate aeris constringitur, claustraq; locorum ex eo coarctantur, quæ plerunq; accidere solent, ventis gelidis atq; siccis spirantibus. Aut uicissim quan-

do prægnans nimio ęstu laborat, is enim & matrem & partũ debilitat, atq; ita eneruat, ut neq; hic mouere se, neq; illa ad pariendũ recte eniti possit.

¶ Decimoquarto, difficilem partum illa quoq; reddũt, si prægnans cõsueui uesci iis rebus quæ exiccant atq; constringunt, qualia sunt, mespila, castaneæ, sorbæ, accatiæ, milium, oriza, uitruum nigrum constringens.

¶ Decimoquinto, si prægnans post quintum a conceptu mensem balneis utat frigidis, aut iis quæ alumine, uel ferro, uel sale tẽperata fuerint, aut etiam in quibus ea quæ constringunt atq; coarctant, cocta aut macerata sunt qualia sunt glãdes, cortex ex quercu, glandium caliculi, gallæ, granatorũ cortex, quæ & psida, dracontium, pentaphyllũ, tormẽtilla, rosæ, mespila, pyra sylueſtria, poma matiana, lapides vsti, & his similia.

¶ Decimosexto, si prægnans mœsta plerũq; fuit, aut ualetudinaria, si fame atq; siti affecta, nimiaq; insomnia exhausta sit.

¶ Decimoseptimo, si prægnans partu appetente, grauiter olentibus usa sit. Attrahũt enim illa matricem, quæ quo magis attrahitur, eo plus partus impeditur.

¶ Decimooctauo, si prægnans doloribus

afficitur, qui non ad inferiora uteri descendunt: sed supra umbilicũ hærent, aut retro in tergum residunt.

¶ Decimonono, si priores partus quoq; cum difficultate atq; negocio multo egesti fuerint, neq; enim tũc posteriores faciliores erunt, quippe consuetudine iam firmata grauitate.

¶ At contra signa facilis & expediti partus sunt, quæcunq; superioribus contraria atq; diuersa sunt, ut cum prægnans priores quoq; partus facile ac sine magno negocio egesit, cumq; pariendi tempore modicis ac lenibus doloribus, uexatur, aut si magnis uexetur, illi tamen non resistant in superioribus: sed ad genitales partes descendant.

¶ Porro in partu difficili signa, quæ securitatem atq; fœlicitatem parienti promittunt, hæc sunt inquietudo, & agitatio partq; in utero: & cum dolores semper ad inferiora, antrorsum uersus recurrunt, præterea cũ pariens ualida est, neq; difficulter annhelatur, recteq; & fortiter eniti potest. Mala uero hæc portendunt, quoties pariens frigidũ desudat, & uenarum pulsus concitatior est, ipsaq; inter laborandum deficit. Hæc enim præsentaneæ mortis indicia sunt.

¶ Quid parientibus maxime agẽdum & quomodo ægre pariẽtibus ſubueniendum ſit. Cap. IIII.

PROINDE qui ſubuenire uolent partubus difficilibus atq; ægris, de quibus pximo capite diximus, eos neceſſe erit, ea q̃ deinceps trademus obſeruare. At primo quidem prægnantem oportet, duplici dieta uti, altera per menſem proximum ante partum, altera in ipſo partu, hoc modo. Principio omnia ea uitanda illi, fugiendaq; ſunt, quæ partum impediunt, ſi modo illa uitari poterunt. Nam ſi qua uitari omnino nõ poſſunt, ut quę uitia natura aut alia quauis cauſſa inoleuerunt, iis tum remedia tum aliqua adhibenda ſunt, quibus quantum fieri poteſt, leniora, aut minus noxia reddantur. At uero ſi quod periculum ex matrice, aut genitalibus, aut exulcerationibus, aliisq; id genus uiciis, quibus clauſtra locorum cõtrahuntur, exitusq; partus impediuntur, incidat, medicandum illi erit, anteq̃ tempus pariendi appetat, & chirurgi adhibendi qui eo uitio prægnantem quãtum fieri poteſt, ſubleuent. Eodẽ pacto ſi qua ueſicæ aliquo morbo laboret, ceu ſunt, calculus, exulcerationes,

ſtranguria, aut ſi qua ex ficubus, inflationi/bus, apoſtematibus, male affecta foret, cu/randum eſt, ut medicina per tempus illi ad/moueatur.

¶ Item ſi prægnans ita conſtipata foret, vt facile aluum purgare non poſſet, & aduſta materia penes illam remaneret, debet illa proximo ante partum menſe, iis rebus ueſci, quæ leniunt atq; diſſoluunt. Qualia ſunt poma cum ſaccaro frixa, ſi ea ieiuna, ac mane abſorbeat, ac deinde ciathum uini meri aut cum ſucco malorum dulcium temperati, ebibat. aut ſi mane ac ueſperi ſicos edat. Rurſus eadem hæc abſtinere debet iis quæ conſolidant atq; reſtringunt, qualia ſunt, quæ torrentur, aut aſſantur, præterea orizum, oua dura, milium & his conſimilia. Quod ſi neceſsitas amplius poſcat, poteſt eadem uti clyſtere, leni tamen, & iure ex pullo aut elixa carne, tēperato. Poteſt item medicamento aliquo leni uti, quod demulceat, atq; molle faciat.

¶ Item ſuppoſitoria admouere licet de ſapone & larido vel uitellis ouorum temperata. Quod ſi prægnans appropinquāte partu, debilis ac languida fuerit, confirmari ea debet cibo, potu, & electuariis nobilibus. Atq; ab eo quidem tempore, prægnanti

omnia facienda, quæ illam ad pariendum aptam, idoneam atq; sufficientem reddant. Omniaq; ea adhibere illa debet, quæ uel laxant, uel leniunt, uel molle faciunt, uide licet ut genitalia ipsius relaxentur ac speciosa fiãt facilemq; exitum partui præbeant, idq; præcipue in adolescentioribus fieri decet. Nam grandiores quæ sunt, in iis genitalibus, atq; uuluæ, duriora siccioraq; sunt, ob quã caussam hæ uti debẽt calidis atq; humidis, quæ lene atq; lubricum reddant, quæ uel ore sumuntur, uel infra genitalibus locis supponũtur, uel extra fomentorum aut unguentorum modo adhibentur, quale fuerit pingue ius, ex carne elixa, aut pullo saginato, aut capo. Genitalibus autem adhiberi debent hæc, adeps gallinacius, anatum, atq; anserum, præterea oleum, quodcunq; mollificat, uiscositas granorum cidonei, seminis lini, Ibisci, fœni græci. Potu autem uti prægnantem decet, uino bene cocto, eoq; acqua mixto, insuper uictus rationem habere debet, ut iis potiss. uescatur, quæ humectent, non autem pinguefaciant, contra illa uitet, quæ exiccant, astringunt, contrahunt, atq; coarctant, & hæc proximo ante partum mense. Sub partum autem, quãdo uidelicet dies circa decem aut non mul-

to amplius ſuperſunt,& quæ prægnans eſt, difficultatis aut doloris nonnihil ſentiſcit, debet ea quotidie calidis acquis lauari, & id ſæpius quam longius, ne nimis ex ea re languescat. Atq; ibi paulo ultra umbilicũ mergi debet, ita tamen acqua temperata, ut in ea ſint quæ lene ac molle reddunt, ceu ſunt maluæ, Ibiſcus, Camomilla, mercurialis, capillus ueneris, ſemen lini, ſemen fœni græci, & id genus alia. Quod ſi ex ibecillitate corporis, calidas acquas ferre non poſsit, ſpongia, tum aut panno aliquo, acqua illa madefacto, pedes, item genitalia & clauſtra illorũ & lumbos abluere, non inutile fuerit, iiſdẽ autem temporibus hypocauſtorũ balneis, ac publicis abſtinere debet quod ea tunc debilitare atq; languidas facere ſoleant.

¶ Cæterum ubi ad hunc modum, ſe lauerit, tum demum pinguedines eas, quas ſupra commemorauimus adhiberi conuenit iiſq; ipſis, aut pingui aliqua medulla, tergum, ilia, umbilicus, latera, & quæ proxima genitalibus ſunt, defricari, ungiq; debent.

¶ Præterea hæ re prægnantis fuerit, ſupradictas pinguedines ipſis genitalibus infundi, Ac illam quidem ipſam, ſupinã atq; in dorſum iacentem, medium q; corpus paulum in ſublime iactantẽ, quo infuſa facilius

introrsum recipiantur, spongia uel lana uel sacculo clysterico, pingnia atq; ungenta illa quæ diximus instillare. Et hoc precipue, si matrix arida atq; sicca, aut ipsa prægnãs corpore macro atq; gracilento fuerit.

¶ Proderit autem & suffire genitalibus musco scilicet, ambra, galliamuscara, q̃ prunis imposita gratum ac suauem odorẽ præbent, quo & loci ipsi aperiũtur, & infra uorsum attrahuntur.

¶ Et, quod supra quoq; monuimus, uictus rationem in primis habere prægnantẽ decet, ut iis uescatur, quæ uegetent atq; confirment, melioribusq; semper quam pluribus uescatur: uino autem suaui ac bene sapiente utatur, præterea mediocriter corpus exerceat, agendo, mouendo, eundo, ac stãdo aliquanto plus q̃ alioqui consueuit.

¶ Hæc enim partum promouent, & ad egerendum adiuuant.

¶ Atq; hec quidem dietæ eius descriptio est, quam ante partum mense proximo aut longius, prægnantibus obseruãdam esse diximus. Altera est, quam sub ipsum pariendi tempus necessariam esse ducimus, cum prægnans dolorib9 grauari, & humores qui hactenus circum locos collecti steterant, ad ge-

nitalia profluere incipiunt. Atq; huius quidem ratio duabus partibus continetur. Primo ut quæ facilem partus reclinationē atq; exitū reddunt, procurentur. Deinde ut accidētibus doloribus atq; laboribus subuenia-tur. Atq; huc quidem pertinet, ut prægnans aliquātisper, ad horam scilicet, aut circa resideat, deide resurgēs scalas sursum deorsum itando atq; alte clamando, sese agitet. Præterea conuenit aliquātisper anhelitum quoq; retinere & cohibere, quod ea re intestina coguntur atq; deprimuntur. Necnon & medicinam eam quam infra describemus, sumere prodest, ea si quidem partum impellit, & ad egerendum promouet.

¶ Cæterum ubi iam prægnās, matricem laxari, atq; dissolui, humoresq; largius manare sentit, tum demū reclinari, aut resupinari debet: ita ut neq; stare iā, neq; prorsum iacere uideatur, ipsumq; caput resupinū pendētis formam magis, q̄ iacentis præbeat. Atquam quidem rem, in quibusdam regionibus, ut in Gallia & Germania superiori, obstetrices peculiaria sedilia habent, quæ & ab humo non altē distant, & excauata ita sunt, ut facile quæ debent, transmittant, & reclinantem tergo accipiant: quarum forma fere est talis qualem hic adpinximus.



¶Itaq; cum partus iam instat, debent ea sedilia a tergo pannis atq; laciniis expleri,& densari,quæ obstetrix,reclinata iam parien te,nunc in dexteram,nunc in sinistram uer sabit.Ipsa uero obstetrix ante prægnantem sedeat,diligenterq; obseruet quantũ ac qua tenus se partus moueat.Deinde mẽbra præ gnantis ac uterum manibus suis, oleo tamẽ ante amigdalino,aut quod lilio albo tempe ratum est , perunctis, regat, & qua commo diss.erit,ueluti gubernet.

¶Parentem quoq; obstetrix docere atq; confirmare debet , nec cibo potuq; recreare modo : sed etiam uerbis consulari , bonam

ſpem partus fœlicis, aut maſculi, eo enim gaudent, fere mulieres, promittere. Iubere autem ut animam quātum poteſt reprimat atq; contineat, ac deinde uteri quod ſupra umbilicum eſt, id molliter manibus comprimere, & urgere, id enim partum ad inferiora depellit.

¶ At uero ſi pariens pinguior foret, aut carnoſior, conuenit eam potius inclinatam iacere quam ſedere, ita ut fronte humū contingat, pedibus in ſe retractis atq; recuruatis, quo uidelicet eo pacto matrix uigeatur impellaturq;. Deinde ipſa genitalia conuenit, oleo candidi lilii intus perungi, & ſi neceſsitas poſcat, non uereatur obſtetrix ipſa illa manibus contingere & clauſtra parientis relaxare, id enim ad celeritatem rei maxime pertinet.

¶ Cæterum hoc cauere debet obſtetrix, ne ad labores adigat parientem prius, quā partus ſe exhibeat atq; uidendum ſe præbeat. Antea enim quam hæc fiunt, irritus labor eſt, qui a cōnitente ſuſcipitur. Et parientes labore conficiuntur, ut cum poſtea laborandum fuerit, ſufficere labori amplius nequeant

¶ Porro ubi iam in labore pariens erit, & iam Secundina, in qua partus inuolutus

est, in foribus apparet, sciendum est partum ipsum appropinquare. Itaq; si ipsa Secundina sponte sua rumpi cesset ac neget, obstetricis erit, illam unguibus leniter infricare & proscindere, aut si hoc commode non possit apprehensam inter digitos, forpice aut cultello leniter incidere: ita tamen, ne quid eo uulnere partum perstringat. Quo facto profluuium humorum, de quibus ante dictum est, fiet, & ipse partus protinus consequetur.

¶ At uero si quo casu accideret, ut Secundina prius ab obstetrice incisa, & aquarum profluuium exhaustum omne foret, quam tempus & res postularent, ita vt genitalia parientis exiccata iam essent, ipseq; partus nondum plane ad fores, & exitum reclinasset sese, moramq; res aliquam factura uideretur, tunc necesse erit, oleum lilii candidi, aut pinguedinem liquatā, eaq; leniter tepefacta genitalibus parientis infundi, quæ exitum lenem atq; lubricum reddant. Præcipuæ tamē in his difficultatibus proderit, albumen oui una cum uitello, genitalibus infusum. Dandaq; opera ut quæ sternutationem prouocent, parienti adhibeantur.

¶ Quod si partus ipse grādior foret, aut ipsum caput partus in foribus hæreret, ob-

ſtetrici conuenit, clauſtra matricis relaxare, & molliter manu admota, eaq; oleo ſeu pinguedine, quarum antea mẽtionem fecimus peruncta, dilatare. Similiter, ſi fęmina uel gemelli partus forent, cum oleo prout ſupra monuimus, agendum eſt. Atq; hæc omnia de partu naturali dicta uolumus, uidelicet, cũ caput a principio, & deinceps reliqua mẽbra ſequentur, ut ſupra capitu. tertio traditum a nobis eſt, & hic iterum ĩ hac imagine cernere licet.

¶ At uero ubi partus contra naturã egerit, quale fit, si pedes priores egerantur, manibus in musculos pedũ demissis, ut in hac figura cernere est.

¶ Ibi tamen necesse erit obstetricem omnem operam atq; curam adhibere, si possit ungendo atq; demulcẽdo brachia manusq; partus, regere atq; ita gubernare, quo immo tis illis manentibus una cum pedibus molliter prodant.

Quãq

Quãq̃ multo ſatius foret, ſi qua fieri poſſet, ut obſtetrix huiuſmodi primo prodeuntes pedes, ſurſum uerſus, iterũ remoueret, quo uidelicet ipſi pedes ad umbilicum uſq; retro aſcenderent, caputq; ſ̃m tergum parientis inclinatum, denuo conuerteretur, tum enim ſine periculo partus ac naturaliter denuo ut ſuperiores, egeri poſſet.

¶ Rurſum cum partus hoc modo progreditur, ut pèdes ambo priores quidẽ exeundo ſint, manus autem non ut ſupra, pedum muſculis applicatæ, ſed in ſublime erectæ fuerint, tum obſtetricem oportet operã nauare, ut manus ſi quæ poſsit, reducat, &

in locum debitum redigat, præcipue autem hoc elaboret, ut totum partum cõuertat in hunc modum quo hic depictũ uides. Quod si hoc non potest, excipiendi quidem pedes erunt, manus autem in locum, & ad latera, q̃ aptiss. id fieri potest, redigendæ. Quod si neqꝫ hoc potest, tum demum pedes ipsi, ut ii quidẽ priores exerunt se, lineo aliquo uinculo colligari debent, atqꝫ ita pedetenim, & quam mollis. potest, totus partus ab obstetrice, extrahi & ad exitum deduci debet. Neqꝫ uero periculosior pariẽdi modus hoc ullus alius est.

¶Fit autem interdum, cum partus in pedes procidit, ut alterum tantum pedem egerat, altero intus retento ut ex præsenti figura patet. Quod ubi accidit parientem decet in tergum resupinari: ita ut pedibus sublimatis & aluo, caput reclinatum dependeat. Eoq; facto, obstetricem conuenit, pedem eũ qui processerat, quã mollifs. introrsum denuo, manu subigere, & recondere, deinde ipsam parẽtem monere ut aliquoties se huc atq; illuc reuoluat, donec partus legittime conuertatur, caputq; foribus obuertat. Atq; tum demum in soliũ reuocare, ac recipere, eaq; quæ ad egerendum partum pertinent, persequi. Quod si uero contingat ut partus in utero, quamuis uolutante se matre, conuerti denuo, ac iusto modo nolit, tum obstetricem oportet, etiam alterum pedem, qui intus cessabat, ad exitum adducere, & in ordinem reuocare, partumq; ita in pedes excipere, hoc tum ubiq; obseruato, ut manus in pedum musculis demissæ non disturbentur.

¶ Rursum si partus in latus procideret, operam dare obstetricem decet, quo in pristinum locum atq; habitum illum reducat, ac deinde ad legittimam conuersionem, exitumq; promoueat.

¶ Aut si cōtingat ut pedibus diuisis aut distortis, quale est quod in presenti figura depingitur, partu progrediatur, curandum itidem est ut pedes in unum reuocētur atq; coniungantur, ac deinde partus ad exitum, cautione tamē ubiq; circa manus illa quam diximus, obseruata deducatur.

¶ Quod si fiat ut genibus ambobus aut altero tãtum partus se ostendat, obstetricis erit, partum submouere eo usq; dum in pedes procidat: & ita reliqua deinceps, ut supra emouere.

¶ Rursum si altera tantum manu se exhibeat partus: ut in hac figura cernitur non admittẽdus ultra partus est: sed inserta manu obstetricem conuenit, humeros partus

comprehēsos ſurſum uerſus remouere, donec receptam intro manum lateria applicare poſsit, ac deinde caput, ad exitum promouere. Quod ſi hoc loco, manus intro reuocata, lateri ut debet, applicari non poſsit, redeundum ad illam ſuperiorem formā eſt, ut parientis corpus reclinetur, uteruſq; in ſublime efferatur eo uſq;, dum partus retro labatur, eoq; ita relapſo, tum demum ad ſolium illa referatur, ac pariat.

¶ Si partus in manus procidat ambas, ut in hac figura apparet, obstetricem decet humeris appræhensis partum eousq; intro remouere dum manus lateribus applicet, ac deinde suo modo ad egerendum remittere.

¶ Si uero in podicem partus prouoluatur eoq; pacto in foribus appareat. Debet obstetrix inserere manus ac partum submouere, donec in pedes procidat, atq; ita deinde exeuntem excipere. Quãquam satius multo esset, si fieri posset, hoc loco ita partum submouere ut non in pedes, sed in caput cõuerteretur, naturaliq; modo egeretur.

¶ Item, si partus inflexa ceruice exhiberet se, ut hic depingi uides, necesse erit retro submouere humeros, & leniter caput suo loco restituere. Hoc secus agẽdum est, si forte in pectus pcideret partus, aut auerso uultu exitum peteret.

¶ Item si partus ita procideret, ut simul pedibus ac manibus sese deiiceret, quale in figura præsenti uidere est: tamen obstetricē decet apprehenso capite, pedes in sublime reuocare, & ita ad exitum deducere.

¶ Contra si in pectus procideret partus retentis simul ac discriminatis intus pedibus ac manibus quale est quod hic depingitur: tamen insertis molliter digitis in latere parientis per obstetricem, partus inuertendus est. Quod si totam manum inserere possit, tum ita gubernandus & redigendus partus erit, ut quæ pars, foribus proprior, & ad egerendum aptior fuerit, ea compræhensa, ad exitum protrahatur, quãquam, si in capite conuerti partus posset, multo id tutissimum foret.

¶ Iam si eueniat, ut partus simplex aut unus non sit, sed gemini, iiq; simul se ostendant. Si id quidem capite, obstetricem oportet alterum post alterum, ita tamen ut posteriorem e manibus non emittat, & priorem ut est, conseruet, deducere.

¶ At uero si non capite, sed pedibus prio res exeant, rursum ea danda opera est ut alterum post alterum: sed quam commodissime excipiat, eo pacto quo supra in simplicibus, docuimus.

¶ Quod si diuerso modo ad exitum tendant: ita ut alter capite, alter pedibus se exhibeant, elaborandum pari studio obstetrici

erit, ut qui prior ex iis fuerit, eum prius educat, qui posterior posterius: ita tamen ut neuter alterum inter exeundum allidat seu atterat. Quãquam si qui posterius exit, & in pedes procidat, conuerti denuo possit, ut caput foribus obuertatur, id ualde utile foret ac tutum.

¶ Proinde obstetricem decet, subinde genitalia parientis, tepefacto oleo, aut uiscositate aliqua, puta fœnigræci seminis, aut seminis lini aut maluæ sublinere atq; fouere, ut & partus faciliorem ac leniorem exitum inueniat, & mater ipsa minore ærumna atq; dolore pariat. Et si qua forte cõtingat, ut parientis genitalia uel loci, Apostematæ aut ulcere aliquo præmantur, idq; uicium ob propinquitatem partus, leuari, aut sanari nõ potuerit, debent ea genitalia, siue loci, oleo, adipe, aliisq; unguentis quæ leue ac lubricũ faciunt, perfundi, uiciaq; ipsa quantũ pro tempore fieri potest, leniri, atq; permulceri, id quod supra quoq; monuimus, ipsaq; parturiens in faciem procumbere debet, quemadmodum pĩguis & carnosa illa, de qua supra a nobis dictum est.

¶ Remedia quæ partum adiuuant, ac facilem reddunt. Cap. V.

QVAE partum adiuuant, ac faciliorem reddunt, hæc sunt: principio parentem necesse est uel reclinatam sedere, uel supinam in tergum iacere, ut nos supra docuimus, & ut cuiusq; usus aut consuetudo feret. Deinde per hyemem & frigus, locus is ubi pariens erit, calefaciendus est, per æstatem autem, uentus admittendus & refrigerandus idē est, ne inter æstum atq; laboriens pariēs deficiat. Præterea sternutatio excitanda parienti est, & ea uel helleboro, uel pipere in puluerem redacto, reclinariq; eadem debet, uel in scamnū, uel in solium, ut de ea re capite quarto supra dictum est. Debent quoq; latera parturientis premi, & constringi, & ceu infra uersum, detrudi.

¶ Obstetrix autem, ipsa quidem sedulo agat, neq; quicq; remittat tpis, aut laboris, genitalia atq; matricē parientis oleo pinguedine atq; alia pinguedine linendo atq; inungēdo, in hunc uidelicet modū. Accipe pinguedinem anatis, aut oleum de lilio cādido, croci duo grana, musci granum unum, eaq; rite inter se temperato. Eoq; unguento genitalia parientis oblinito.

¶ Quod si hoc remedio nihil profectum erit, suffitu medicandum erit parienti hoc modo.

¶ Accipe Myrrham, Galbanum, Castoreum eaq; in pillulas contusa cum felle bouino redigito, & ex pillulis, quantum dragma una pendebit, carbonibus imponito, eoq; odore, qui inde fit locos muliebres suffito aut aliter, hoc modo.

¶ Accipe Sulphuris citrini. Myrrhæ, rubeæ tinctorum, Galbani oppoponaci, singulorum par pondus, iisq; in pillulas redactis atq; temperatis, genitalia parientis suffito.

¶ Item suffitus ex stercore columbi, aut alius ex stercore Accipitris, addito oppoponaco eodem modo prodest.

¶ Vtile quoq; est lanã Succo Rutæ intinctam & madefactam genitalibus pariẽtis inseruisse, aut rursus, lanæ impositum pulverem Aristologiæ rotondæ aut radicẽ quam uocamus Bothor Marthe, siue malum terræ, aut semen Staphisagriæ, hæc singula inuoluta lanæ, ac genitalibus immissa partum prouocant.

¶ Item accipe helleborum, & oppoponacum, eaq; lanæ simul inuoluta, genitalibus insere, inserta enim aut partum uiuum aut emortuum prouocabunt atq; protrahent.

Item

¶Item cortex caſſiæ fiſtulæ contritus & temperatus iure ciceris, aut cicerculæ, aut ſi eæ non ſint, uino hauſtus, partum adiuuat.

¶Item Aſa fœtida magnitudine ac pondere cicerculæ, una cum caſtorio, ponderis auellanæ aut dragmæ pondere, contrita & iure cicerculæ uel uino aqua mixto, temperata atq; hauſta, partum promouet.

¶Promouet item Cinnamomũ cum iure cicerculæ, aut uino hauſtum.

¶Item accipe ſcrupũ roſarum cum aqua ex ſemine fœnigræci cicercula capillo uenerис, iiſq; contritis, decocta, & oleo punicei lilii, nõ ita multo, temperatũ, parientiq; ſorbẽdum præbero & promouebit partũ. Similiter, pmouebũt Aza fœtida, & caſſia lignea, ex uino epotæ. Item ibiſcus aqua decoctus, potionem pariẽtibus utilem prebet. Nec inutile erit parturientes ea aqua lauari, in qua ibiſcus decoctus fuerit.

¶Pillulæ quæ partum facilem reddũt, ac promouẽt.

¶Accipe Cinnamomi & Sabinæ, utriuſq; pondo duarum dragmarum, præterea caſſiæ ligneæ, dragmã unam cũ dimidia, myrrhæ, ariſtologie rotũde, coſti amari, utriuſq; dragmã unam, ſtoracis liquidæ dragmã dimidiam, & oppii pondere. xii. grana, eaq; in

pilulas redacta pondere.ii.dragma. duabus unciis uini ueteris, epotanda parienti dato.

¶Item crocum & ſiler montanum, omnibus animantibus partum promouent, ſi abſorbenda data fuerint. Sed tamen mulieribus non ultra dragmam unam croci dandum eſt, amplius enim datum noceret. Item accipæ ſabinæ quinq; drachmas, rutæ drachmã cum dimidia, grana iuniperi.ii.drach. Aſæ fetidæ, Ammoniaci, rubeæ tinctorum, ſingulorꝫ põd.ii.drach. & ex iis cõficiant pilulæ, q̃ parientibus datæ cum aqua, in qua ſabina, pulegiũq; coacta fuerint, aut cũ iure cicerculæ & ſucculo Rutæ, partũq; inuabunt.

¶Item accipe ſabinæ.ii.drach. Aſæ fœtidæ, armoniaci tinctorum rubeæ, ſingulorũ drach. dimidia, eaq; in pilulas redigito, parientiq;.ii.drach. ex uino haurienda dato.

¶Item accipe Ariſtologiæ lõgæ, piperis, & Myrrhæ, ſingulorum põdus equale: iiſq; uino tẽperatis & in pilulas redactis. ex aquæ cum lupino decoctæ, una uncia parienti dato. Hæ pilulæ tantæ efficaciæ ſunt, ut partũ leuent ac facilem reddant, & matricem omnibus ſeu uiuis, ſeu emortuis euacuent.

¶Item accipe bdellii candidi, myrrhæ & Sabinæ pond. paria, ea cum caſsia lignea & melle in pllulas magnitudine cicerculæ tẽ-

perato, earumq; singulis uicibus quinas parienti dato, quæ eiusdem cum superioribus efficaciæ sunt. At quæ sequuntur pilulæ tantæ efficaciæ ac ptātis sunt, ut reliquas oēs superēt. Accipe Mirrhæ, Castorei, Storacis, singulorū pon. unam drachmā iisq; cum melle temperatis, pilulas facito, pariētiq; cum cyato uini duas drachmas si dederis, ita operabitur, ut uix aliud quicquam.

¶ Emplastrum ad promouendū partū.

¶ Accipe colocynten, eamq; aqua decoquito, deinde cum aqua ea, myrrham, succū rutæ, & farinæ hordeaceæ quantum satis erit, subigito atq; tēperato, iisq; omnibus in emplastri modū redactis, parientis utero, quantum inter umbilicum & genitalia est, illud imponito adiuuabitq; plurimum.

¶ Quāquam autem multa etiam alia restant, quæ item partū promouent aciuuant, tamen cæteris ob breuitatem omissis, ea modo, quæ efficaciora magisq; probata uidebātur, huc apposuimus.

¶ Quomodo Secundina e parientibus eximenda fit, si ea sponte sua non discessura sit. Cap. VI.

AETERVM fit interdū ut secūdina q̄ alias una cū partu egeritur intus retenta, partū non comi-

tetur,idq; multis ex causis accidit.Aut enim laboribus atq; doloribus mater ita cōflicta ta est,itaq; uiribus exhausta,ut ultra eniten do,Secundinam egerere nequeat.Aut quod sæpe fit,in locis illa implicita atq; alligata hæ ret,aut humoribus destituta,aquis uidelicet citius aliquanto diffluētibus uiā amplius lu bricum ac facilē,qua exeat nō habet,aut de niq; quod loci nimiis ac lōgis laboribus las sati,cōtraxere se,aut tumefacti dolore, exitū præcluserunt.Itaq; quacūq; ex caussa secun dina retinet, danda modis omnibus opera est obstetrici, quo illa soluatur, egeraturq;. Nam nisi hoc fiat,grauis atq; difficilis ægri tudo parientibus instat, præcipue autē suf focatio matricis quā uocant. Quæ ideo præ cauenda est,quod cum secundina intus retē ta māserit,statim ac facile illa putrescit. Vn de postea mali uapores ac noxii sursum ad cor,ad cerebrū,& ad Diaphragma ascendūt, ex quibus deinde puerpera fit asmatica ple rūq;,crebroq; deficit,atq; exanimis,sine pul su arteriarum iacet, interdum etiam plane suffocatur ac moritur. Proinde ne qd huius fiat periculo præuertendum est, omnibusq; modis ac studiis curandum,ne secundina re tenta atq; neglecta relinquatur.

Igitur si secundina propter imbecillita

tem & languorem parientis retineretur, debet ea cibo ac potu, & aliis eodem pertinentibus rebus refici, ac refocillari, utpote iure, quod fit ex uitellis ouorum, aut uino veteri, aut carne pingui, aut auibus, aut gallinis, aut perdicibus, aut lagopodius, aut turturibus, aut capis, & id genus aliis.

¶ At si ex langustia & contractione matricis, siue quod eadē tumefacta dolore, ut diximus, fuit secundina retinetur tunc utendum iis remediis ad prouocandā illam erit, q̄ lene ac lubricū faciunt, iisq̄ ipsa matrix relaxanda atq̄ amplianda erit. Vt sunt oleum & adeps, & in specie oleum ex lilio candido, oleum amaricinum, oleum ex narcisso, oleū ex lilio puniceo. Præterea grana iuniperi, itē galbanū contritū & ex uino tepefacto haustum. Item eodem modo sumptum Abrotanum, item pulegium uino decoctum & haustum, præter hæc, p̄sunt ea quæ lene ac molle faciunt, ut adeps gallinæ, adeps anatis, adeps anseris, oleum lilii, infusa genitalibus, & illita intus ac foris, utile quoq̄ erit suffumigari genitalia parientis, & malua, ibisco, Brāca ursina, suffiri, item aqua furfure temperata ac calida lauari, aut sacculos furfure opplet os genitalibus imponi, iisq̄ foueri.

¶ Rursum autem si secundina hæreret,

matrici implicita siue illigata, ut resolui facile nõ possit, suffitu medicari proderit, uidelicet sulphuris, foliorum Hederæ & nasturcii: aut nasturcii & ficuum: præterea omniũ odoriferorum: ut sunt, ambra, muscus, thymiama, Gallia muscata, & confectio nere. Quibus carbonibus impositis ipsa pariens ita suffire se debet: ne quid eorum odorum nares eius contingat.

¶ Nam naribus ea admoueri debent, que male olent, adeoq; fœtent, ut sunt Aza fœtida, castoreum, capilli hominis cremati, plumæ pauonũ crematæ. Item proderit in hoc casu, parietem suffiri infra odoribus ex ungula asini. Qui tametsi male olent, ea tamen natura atq; efficacia sunt ut non tantum secundinam sed partus quoq; emortuos pellant. Preterea parientem hic oportet animã comprimere, coercere, & uelut deorsum uersus detrudere, necnon helleboro aut pipere cõtuso ad sternendũ eadẽ prouocari, naresq; & os comprimi, & obturari eiusdẽ debent.

¶ Prodest quoq; unguentum quod Basilicon uocãt (de quo Mesue distinctione. xi. scribit) matrici infusum.

¶ Mollificat enim & propellit, Secundinamq; ad exitum lacessit. Quæ simulatq; pulsa, & egesta erit, oleũ rose matrici infun-

di debet.

¶ Item prodest aqua rose, in qua pului ibisci intritus erit epota, promouet enim & facilem uiam secundine facit.

¶ Quod si pars aliqua secundine in foribus apparet, leniter attrahere illā obstetrix debet, atq; curare, ne abrumpatur. Et si forte metus foret, ut abrūperetur, ea pars que ab obstetrice comprehensa est, summo pedi parientis alligari debet, neq; stricte nimis, ne rumpat, neq; laxe nimis, ne rursum elabat. Dandaq; opera est ut sternutatio parientis: ut supra dictum est, prouocetur.

¶ Quod si neq; tunc Secundina cedat ac res moram aliquanto longiorem trahat, uidendum obstetrici erit, ut neq; nimium attrahendo illam fatiget, neq; rursum tum dimittat: sed pedi parientis ut diximus: aut alicui alteri rei alligatam, leniter huc atq; illuc moueat: ac ceu labefactet, donec diuelli a matrice incipiat, & cum semel diuelli incipit, leniter in diuersum mouendo pergat, donec prorsum a matrice separet. Omninoq; a ualida & uiolenta mutatione atq; agitatione abstineat: ne una cum secundina & loci emo ueantur.

¶ Quod si inter moram hanc crebri ac

nimii dolores parientem corripiant: ita ut concidat atq; deficiat, præbei ea illi debent, quæ capitis dolores læuant, & pectus confirmant, qualia sunt Electuaria, quæ consistãt Musco, Ambra, & confectio de gemmis, seu Diamargariton, & id genus alia. Præterea ea quoq; quæ stomachum confirmant, ut diagalanga, dia Cinnamomum, & cætera quæ in Myropoliis in hunc usum conficiuntur. Atq; hæc uino macerata epotari conuenit.

¶ Item, ad emouendam secundinam: accipe, Rutæ, Marrubii, Abrotani, Arthemisiæ, singulorum pond. par, & olei ex lilio, tantũdem ita ut herbæ ꝓbe macerari atq; humectari eo possint, atq; omnia hæc simul in ollam uitreatã indito, ollamq; obturato, eiusmodi tamen operculo, quod in summo ac medio foramen tale habeat, per quod postea fistula inseri possit. Deinde foco impositam hanc efferuescere facito, quæ ubi bene efferbuerit, a foco remotam, carbonibusq; paucis impositam, solio in quo pariens residet, postea fistulam, quam in hunc usum faciendam curabis, altera extremitate inforamen operculi, de quo pauloante dictum est, inserito, alteram eiusdem extremitatem genitalibus pariens suis immitto, omniaq; circa uelamentis atq; uestibus ita munito atq;

obstruito, ne qua uapor exire possit. Ac deinceps per horam unam atq; alteram suffimine hoc matricem foueat atq; leniat, donec Secundina ultro se soluat atq; emoueat. Quod si neq; suffitu quicq; proficiatur, emplastrum inter umbilicũ & genitalia parienti imponendum eiusmodi erit, quod partus etiam emortuos pellere efficax sit, de quo in sequentibus dicetur.

¶ Quod sineq; tum secundina cedat, ulteriore cura atq; remedio utendum non est. Nam quæ ita obstinate atq; perseueranter hæret ut supradictis rõnibus pelli nequeat, ea relinquẽda est, dum sua sponte postea discedat, paucis enim diebus postea computre scit atq; in humorem dissoluitur, & modo salsuræ aut fecis dilutæ, ultro diffluit.

¶ Quãquam interea odor & uapor hoc pacto diffluentis non parum puerperã grauat, doloribusq; capitis ac cordis, stomachi quoq; imbecillitate affligit, & cruciat, ut supra quoq; commemorauimus.

¶ Varii casus, qui circa, aut etiam post partum mulieribus accidunt, quo pacto & quibus remediis puerti, atq; curari debent.

Cap. VII.

SCIENDVM autem est, quod plerúq; post partum, mulieribus accidunt, aut febris, aut tumefactio, aut inflatio corporis: aut tormina uentris, aut cõmotio siue trãslatio matricis. Atq; horũ causæ plerũq; sunt, imperfecta menstruorum expurgatio a partu: aut imbecillitas parientis, que fit ex nimio profluuio circa idem tps. Item collisio seu attritio siue etiã fissuræ matricis, aut eorum que circa sunt, nonnunq; etiam dolores intestini magni. Itaq; quoties fit, ut menstrua ad plenum a partu non expurgentur, adhiberi ea puerperæ debent que menses cient siue id fiat pharmacis, siue pedum lotione, siue suffitu, siue odoribus siue emplastratione: siue herbarum coctarum & maceratarum impositione: siue ungẽtis, & id genus aliis, pro cõditione persone atq; periculi, cõuenientibus, que omnia sic nota sunt, ut mulieres mediocriter peritæ ea cognoscant.

¶ Danda opera est, ut ea quam accurrate ac plene purgetur. Preterea ad hanc rem cõueniunt omnia ea quoq;, que urinam mouent, qualia sunt, que uenas aperiunt, & sanguini ad exeũdum iter faciunt, humoresq; & suam materiam ad inferiora cogunt, ut artheminsia, azarum, sabina, pulegium, petrose

linum, cerifolium, anisium, maratrũ, iunipe rum, ruta lauri baccæ, chamedris, ualeriana, Cinnamomum, nardus spicata, & id genus alia. Hęc enim omnia ut urinã, ita & menses mulierũ cient, tametsi nihil horum sine con silio prudentis ac docti medici adhiberi pro fuerit, ne forte dum una parte subuenire uo les, alia corpus lædas & incendas. Item ad prouocandum mẽses facit, si mulier crebro sternutet, & inter sternutandum nares & os cõprimat atq; cohibeat, animãq; reprimat.

¶ Itẽ proderit uentosas adhibere, & quã proxime genitalibus in interiore parte pedũ sacrificare aut ex oculis piscium salsorũ siue ungulis equinis genitalia suffire.

¶ Quod si his non proficiet, tamen si per ualetudinem puerpera potest, sanguinẽ mit tat, uenamq; sub talis pedum, quam Saphe nam uulgo dicimus, incidat, hæc enim men ses potiss. cient. Idem faciendum erit si a par tu febricitare incipiet mulier, ea enim febris eadem ex causa nasci fere solet, quod men strua ad plenum e purgata non sunt quæ hac uena incisa prouocantur. Vti autem de bet in febri, potu ex aqua hordeo tosto aut trito, macerata, aut in qua hodeum & cicer simul decocta fuerint.

¶ Item potu ex aqua in qua Tamarindi

decocti fuerint, aut sero lactis. Præterea iure ex gallinis, & malo punico dulci uesci debet, hæc enim & menses cient, & calores immodicos sedant, & refrigerant, eaq; quæ ante cõstricta & durata fuere, resoluunt ac mitigãt.

¶ At uero si a partu corpus intumescit, & inflatur, danda erit aqua, in qua cicer, & ciminum contrita fuerint. Item uinum uetus cum electuario, quod uocant Diamarte, aut eo quod uocant Alcakengi, de quib. Auicẽ. lib. quinto, tradit. Item quod gummi quod dicitur Serapinum, & Origanum & mastichæ. Prosunt item in hoc casu, clysterium ex iis rebus, quæ inflationes ac uentositates reprimunt & dissoluunt, aut quod pessarium dicimus, constans Aristologia rotunda, Squinante, Storace liquida, Doronico & Zeduaria.

¶ Rursum si a partus accidãt mulieri tormina, & dolores matricis atq; genitaliũ, suffitu, atq; uaporibus, earum rerum quæ mitigant ac leniunt foueri atq; curari debet, ut sunt Malua, ibiscus, Fœnum grẹcum, Cyminum, Camomilla, Mellisophilos uel Baro/tum, cicuta.

¶ Proderit etiam ungi & oleo sesamino, aut amigdalino dulci. Quod si calores paulo remissiores erunt, uti potest Theriaca, aut

Triffera magna, quæ uocatur, cum uino in quo Arthemisia rubea, aut matricaria decocta fuerint.

¶ Item contra dolores genitalium, accipe Pulegium, Policariam, folia lauri sex, eaq; decocta suppone genitalibus mulieris, ut uapore qui inde exit, foueatur.

¶ Item accipe, Rutam, Arthemisiam rubeam, Abrotanum, eaq; contrita oleo Pulegii tempera, deinde omnia in unũ collecta, in ollam indito ibiq; calefacta, rursum eximito, & in panniculum simul inuoluta, genitalibus mulieris imponito.

¶ Item accipe Camomillæ ac Lini singulorum manipulos. iiii. eaq; contrita & in sacculum simul colligata, cum uino albo decoque, decocta genitalibus impone.

¶ Item accipe musci pondere. ii. gran. & uino hauriendum mulieri prebe.

¶ Item accipe cepas candidas, easq; cineri calido impone, quas cum tostæ fuerint, contere cum butyro nondum diluto, aut salso & in formam emplastri redige, redactũ uentri impone, præterea thure candido atq; storace genitalia suffito.

¶ Quod si mulier doloribus circa tergũ & lũbos uexetur a partu. Accipe Camomillæ, Baroti, singulorum manipulos binos,

Absynthii, Abrotani sing. manipulos singulos, Arthemisiæ manipulos tres, Cinnamomi, & myristicæ nucis contritorum unciam dimidiam, eaq; omnia in ollam imposita & foco admota, ter aut quater ebullire facito. Deinde eam aquam spongia receptam ac calidam tergo ĩgerat, illudq; ita aliquoties imbuat, aut si hoc nolit, omnia illa in sacculum simul colligata tergo imponat. Quod si hoc parum proficiatur, accipe oleum nardinum, oleum Lilii candidi, singulorũ pon. unciam cum dimidia, præterea nucis muscatæ cõtritæ pondere drachmam unã eaq; inter se tẽperata tergo inunge. Aut accipe olei Aneti, olei Camomillæ, singulorum põdere unciã unam, olei lilii candidi, pond. uncias duas, ceræ pond. ii. drach. eaq; ad ignem colliquata, in unguenti modum redige, eoq; ungento dorsum mulieris illinito.

¶ At uero si a partu menses uehemẽtius concitati manent, itaq; abunde fluant ut ex eo mulieri dolores atq; languores intolerabiles oriantur, in primis obseruare cõuenit, ex qua caussa periculũ hoc nascatur, ea enim cognita facilius debita cura adhiberi potest, caussæ aũt ꝑiculi huius uariæ ac multe sunt, ꝑcipue tñ que nos hic ordine adnotauimus.

¶ Primo, ex abundanti ac supfluo totius

corporis ſanguine.

¶ Secundo, ex cõmeſtione fellis ac ſanguinis, exqua ſanguis incandeſcit, & inde ptingit atq; diſtẽdit uenas que ad matricem deſcendunt & conueniunt.

¶ Tertio, ſi ſanguis nimis dilutus, ac tenuis fuerit, eoq; celerius penetrat.

¶ Quarto, ſi uenæ ãple atq; capaces ſint, eoq; plus ſanguinis tranſmittunt.

¶ Quinto, ſi matrix inualida & imbecillis, uenæ autem debiles atq; large: ita ut ſanguinem continere nequeant.

¶ Sexto, ſi corpus ſolidũ ac denſum fuerit: ita ut poris obſtructis, neq; ſudores, neq; uapores aut fumi penetrare & exire poſsint, ex quo fit ut intus ĩ corpore humores & fluxus generentur, que mulieris profluuiũ augent, & cum eo una deſcendunt.

¶ Septimo ſi uenæ quas hæmorrhoides appellant in matrice, aperiant, & exundent.

¶ Octauo, ſi matrix exulcerata aut uiciata ſit.

¶ Nono, ſi mulierem collabi, uerberari, aut iaci contingat, eoq; clauſtra, aut genitalia offendi ac lædi.

¶ Decimo, ſi matrix inter pariẽdum longo ac difficili labore ſaucietur.

¶ Quando igitur multæ a uariæ cauſſæ,

ſunt, ex quibus fit ut menſes uehemẽtius & ultra modũ concitentur, oportet hoc loco mulieres minus uerecũdas eſſe, & medico laborem atq; dolorẽ ſuum indicare, qui pro ſua doctrina, ſuoq; iudicio, facile ex qua quicq; cauſſa natum ſit cognoſcet, & remediũ atq; curam pro eo ac debet, adhibebit. Quãq; aũtuaria ac multa ſunt, quæ profluuiũ, de quo hic dicimus, ſiſtant, ut Electuaria, Confecta, Trochiſci, Potiones, pulueres, Clyſteres, odores, Suffitus, Balnea, Emplaſtra, Vngenta, de quibus etiã inter mulieres mediocriter peritæ ſciunt. Ea tñ præcipue quæ ad hanc rem faciunt, & plurimũ iuuant, in gratiam honeſtiſs. matronarũ collecta, hic ſubnotauimus.

¶ Principio igitur contra menſtrua immodice concitata proderit, brachia quã ualidiſ. ligari & conſtringi, non aũt pedes, aut crura ut quidã male docent, deinde uentoſam aliquam capacẽ aut poculum uitreum, ſub mamillas: ſed tamẽ cute nõ inciſa, admoueri, & uelamẽta linea aceto madefacta inter umbilicum & genitalia corpori imponi, ipſis autẽ genitalibus, ea inferi quæ ſanguinẽ profluentem ſiſtũt, ceu ſunt, balauſtia, aut cortex granati, quam pſidam uocant, carabæ, terra ſigillata, bolus armen⁹, ſanguis draconis, Hæmatites lapis, Roſa purpurea, thus albũ, galla.

Quæ

Quę omnia ſimul, aut eorũ quod ſimul habere licet, pondere ac menſura pari, in puluerem redacta, & uino nigro craſſo in emplaſtri modum temperata, & in ſacculũ quoddam anguſtum & teres, pollicis craſsitudine, longitudine autem digiti, indita, genitalibus inferenda ſunt.

¶ Item aliud emplaſtrum extra corpori imponendum ſic conficitur. Accipe lapidis Hęmatitis, Boli armeni, ſingulorum unciã dimidiã, ſanguinis draconis, ſucci quod Licium uocant, ſingulorum pond. ii. drachmarum, Karabe, cupularum glãdium, nucis cypreſsi, Balauſtiæ uel pſidæ, ſingulorũ pond. i. drach. & ſcoriæ ferri, pondere drachmam cum dimidia, terebintinæ, colophoniæ, pondus par, & quantum ad portionem emplaſtri ſatis erit, eaq; omnia inter ſe contere ac in puluerem redige, & exinde in emplaſtrũ redacta utero impone.

¶ Item ungentum ad eundem uſum in hoc modo facies, accipe olei myrtini, olei roſarum, ſingulorum pond. ſelibræ, karabæ, raſurę eboris, raſuræ cornu caprini, corallii rubri, terræ ſigillatæ, thuris candidi, ſingulorũ pond. unã unciã, ceræ candidæ pond. iii. uncias, eaq; ſimul temperata in ungentum redigeeoq; uterum & genitalia perunge.

¶Item balneum, quo contra eundem laborē mulier lauari debet, accipe absynthii, plantaginis minoris & maioris, extremitatum uitis, palmitum recentium mori agrestis, prunorum immaturorum, Acatiorum immaturorum, pirorum agrestium, mespilorum, singulorum manipulos binos, foliorum rosæ rubeæ manipulos ternos, corticis quernæ, manipulos quaternos, Solatri, carduorum singulorꝫ manipulos binos, pentaphylli foliorꝫ & radicū, tormētillæ radicū, colubrinæ, singulorū manipulos singulos.

¶Præterea calicum glandis, quantum scutella capit, gallæ, glandis decorticatæ, bursæ pastoris singulorum manipulos binos, atqꝫ hæc omnia in puluerem redacta, aut quæ redigi non possunt conscissa, cum aqua pluuiali aut ea in qua decem aut duodecim lapides usti extincti fuerint decoquito, & in hac, in qua decocta ita fuere, aqua tepida, & usqꝫ ad umbilicum ascendente mulier lauator, postea autē ubi e balneo egressa est si siti afficiatur, electuarii Athanasię siue Micletæ pond.ii.drach.cum aqua plantaginis, aut si siti tum ita afficiatur cum uino rubeo sorbeto.

¶Necnon & hæc electuaria, quæ subnotauimus eodem prosunt, accipe Saccari rosa

rum ueteris, pond.ii.unciarum, corallii rubri, cōbusti eboris, boli armeni singu.pond. ii.drach.hæmatitis pond.iii.drach. eaq; omnia contusa, & saccaro rosato temperata, uesperi ac mane cum aqua plātaginis aut bursæ pastoris, pond.ii.drachm.sumito.

¶Item aliter, accipe hæmatitem, eumq; in cote attere, attritum aqua plantaginis abluenta tamen ut ablutum colorem hæmatitis rubeum referat, atq; eam inde aquā seu eum succum mane ac uesperi bina, aut terna coclearia laboranti haurienda prebeto.

¶Præterea & trochisci ex myropoliis ad hanc rem conferūt, ut trochisci Karabæ, trochisci boli armeni quorū pondus drachmæ aut amplius cum aqua plantaginis mensura quinq; cocleariorum, contritum atq; maceratum sorbendum dato. Quod si quis ultra aliquid requirat, a medicis id petat, nos hic quæ maxime necessaria, ea quæ breuiss. tamen indicamus.

¶Iam si a partu accidat mulieri, ut in locis aut genitalibus membris ulcera aut apostemata nascantur, tunc ipsa ulcera expurgāda & curanda sunt, dolores autem leniendi & mitigandi succo ex baccis solatri expresso, & succo plātaginis, itemq; oleo rosarum ita ut hæc ꝓbe inter se tēperata ulceri affun

dantur,aut cum lana imposita instillentur.

¶Item aliter, accipe albumen oui, lac muliebre & succum portulacæ,eaq; temperata inter se,loco ulcerato infunde. Item balneũ apparetur,aqua,in qua psida, folia rosæ rubeæ,calices glandium,cortex querna,tormẽtilla,colubrina,& pentaphylli folia cum radice decocta fuerint,eoq; mulier usq; ad umbilicum insidens lauetur.Postquã autem ulcera ipsa purgata,atq; sanata erunt,inungenda erunt unguento albo aut rubeo ,quæ in Myropoliis ad hanc rem conficiuntur , aut aliis quæ & refrigerant & salubria erunt.Et quo pacto exulceratis cura adhibetur & medicina,eodem pacto & iis quibus genitalia aut loci aliqua parte rupta fuerint, subuenien/dum est.

¶Præter hæc accidit interdum ut anus puerperis egerat sese,,pinde quoties hoc fit, obstetricis erit,manib9 uino albo calefactis, intestinum hoc sensum reducere, & loco restituere,si forte contingat, ut facile hoc nequeat,quod tumore intestinum illud inflatum sit,debet eadem butyro cum uino colliquato lanam intingere, eamq; ita humectatam intestino extanti circũuoluere,atq; fouere, donec tumor ille residat & euanescat, & tum eundem suo loco restituere, potest hoc

idem fieri lana, tepido lacte, perfusa.

¶ Deinde autem ubi inteſtinum reductũ ac loco reſtitutum erit, foris adhibere & obligare conuenit ceram, maſtice aut thure cãdido colliquatam, linteoq; obligato, ne ea relabatur, adſtringere. Et hoc toties fieri oportet, quoties egerẽdum aluum puerpera abit, donec inteſtinũ plane conſolidatum fuerit.

¶ Quod ſi autem cera uti non uoles, lanã oleo Maſtiches aut Nardi ſpicati, imbuta & humectata ad eã rem adhibere licebit ita ut calefacta imponat, obligeturq; ut ſupra.

¶ Item aliter curabitur hoc modo, ablue inteſtinũ aqua, in qua ea quæ exiccant & cõtrahunt, ut ſunt galla, nux cypreſsi, pſida. Karabe, maſtiche, thus, ſanguis draconis, decocta fuerint, ablutumq; cornus ceruini cõbuſti puluere conſpergito, cõſperſum reducito, ut ſupra.

¶ Rurſum ſi fiet, ut a partu mulieris loci erumpant, foueri & collui primum iidẽ debent aqua, in qua decocta fuerint q̃ ſequuntur, in hunc modum.

¶ Accipe nucis cypreſsi, Nardi ſpicati, pſidæ, balauſtiæ, calicum glandis, ſingulorum pond. unciæ unius, meſpilorum & ſorborũ immaturorum, item malorum, prunorũ & acatiorum itidem immaturorum, ſingu. ma

nipulos singulos, & quæ in puluerem redigi possunt, redige, cætera minutatim cõscinde, eaq; oia, aut quot mox haberi possunt, aqua pluuiali, aut in qua chalybs ferues tinctus sit, decoque, eaq; aqua puerpera insidiens ad umbilicum usq; lauato, aut si lauare nolit, spongia eadem aqua intincta & humectata, seu lana quoq; si malit, matricẽ collinito & foueto, quibus factis eadem candido linteolo abstergito & puluere qui sequitur, subtilis. contuso, & per sericum cribrato, conspergito.

PVLVERIS COMPOSITIO.

¶ Accipe thuris, Karabæ, gallæ, psidæ, Balaustiæ nucis cypressi, aluminis, antimonii, boli armeni, Mastiches, põdere æquali, eaq; simul cõtere, & puluere hoc, ut dictum est, matricem consperge, deinde leniter submoue, & reductum calefactis linteis obligato. Quod si matrix intumuisset, induruisset q: ita ut facile reduci ob id nõ posset, restinguẽdus tumor est uino calefacto, in quo butyrũ liquatum sit, atq; ita tumore sedato, ipsa reducenda est. Postea autem uentosæ singulæ singulis partibus, genitalibus proximis, sub ipsum uterum, admoueri conuenit, ipsamq;

mulierem in tergum reclinari: ita ut media corporis pars prostet, atq; tum puluere illo superiore locos cōspergi & obligari, donec confirmentur neq; amplius se emoueant.

¶ Rursum si a partu contingat, ut mulieris umbilicus dissoluatur, seseq; aperiat, accipiendū erit tenue licinium, & subtili aliquo linteolo circumuolutū, ungentoq; quod sequitur illitum, umbilico soluto inserēdum erit. Vngentum uero fit hoc modo.

¶ Accipe thus candidum, idq; in puluerem redactum, albumine oui sic tempera, ut liquidi mellis modo fluat, hoc & ipsum umbilicum foris atq; intus inungito, & liciniū eo intinctum, umbilici rupturæ inserito, ac ita umbilicum foris obligato.

¶ Postremo, accidit interdum ut ob difficultatem pariendi, genitalia & intestinum magnum raptura coniungantur, unūq; uulnus amborū fiat, & per id matrix prolabat, quod periculū præcipue accidit quoties genitalia mulieris per quę partus egeri debet, teneriora, atq; angustiora fuerint & partus magnitudine sua urgeat atq; instet, ut rumpendo uiā ipse sibi aperiat. Itaq; quoties malum hoc accidet, principio matrix colluenda, fouenda, atq; in locum suum reducenda est, eo modo, quo pauloante docuimus,

Tum ruptura atq; uulnus illud resartienda, certis inter se spaciis serico filo cute utrinq; cõsuta, quo pacto & chirurgi uulnera solẽt, atq; hæc prima ratio curandi est. Quæ si minus commoda erit, poterit uulnus illud & in hunc modum curari, ut consuendo nihil opus sit.

¶ Accipe duo linteola, quorum longitudo æquat longitudinẽ uulneris, latitudo aũt digitos latos duos, ea emplastro illine tenaci aliquo, & quod fortiter inhæreat, & utrinq; uulneri apponito, ut fissura tantũ uulneris, latitudĩe culmi ac circa, extet & appareat, deinde linteola illa, fortiter iam adhærentia & immota, mutuo consue, carne seu cute intacta & illesa, ceuitem chirurgi interdum solent, consutisq; picem liquidam infunde, & sub iis oræ uulneris utrinq; coalescent.

¶ Item aliter, accipe consolidam maiorẽ, eamq; arefactam in puluerem contunde, postea cyminũ, & cinnamomum, utrũq; in puluerem redactum priori adde, interq; se temperata atq; cõmixta, ea uulneri mulieris insperge, curabiturq;.

¶ De Abortientibus & caussis abortuũ, quibusq; remediis iidem præcaueri possint. Cap. VIII.

ABortus fit, quoties ante legitti/ mum tempus partus immaturus egeritur. Id autem multipharia contingit, aut enim embrio ante/ quá in utero uitam cõcœpit, effunditur, aut partus postquá uiuere cœpit, nondum tamẽ in utero se mouit, hoc est ante quintum mẽ/ sem egeritur, sæpe etiam post quintum men sem, uidelicet cum partus præter naturam, & communem cursum emortuus, nonnun/ quá uiuens quoqꝫ, ante consummationem temporis & perfectionis erũpit. Cuius qui/ dem rei multæ ac uariæ causæ sunt. Nam & os matricis interius quod uocãt, sæpenume ro ita amplum ac spaciosum est, ut nõ recte occludi, partumqꝫ continere posit aut ma/ lis humorib. ita lubricum & lene est, ut ille ultro prolabatur. Et ipsa matrix interdum ita male disposita intus & humorib. plena est, ut semen genitale, aut concæptum & in/ formatum embryonem retinere nequeat. Præterea morbi quoqꝫ, ut sunt apostemata, ulcera, & id genus, in caussa nonnunq̃ sunt, quæ matricem debilitant, & ad abortiendũ impellunt.

¶ Item fit nonnunquá, ut Cotylidones, hoc est nerui illi quib. in utero partus illiga/ tur, & per quos alimenta accipit, uiscosis &

crassis humoribus obstruantur,aut inflatio nibus distenti rúpantur,ex qua re fit,ut partus cum debito nutriméto priuetur,plerũq; emoriatur,præcipue autem altero aut tertio mense,q̃ conceptus est,embryo ex hac caussa deiicitur sic enim Hypo.ait.Quęcũq; mediocri corpore,hoc est,neq; crasso,neq; gracili nimis fuerint imprægnatæ,eas si abortire contingat,altero aut tertio a conceptione statim mense,nulla euidente alia interueniẽte caussa,necesse esse cotylidones malis atq; uiscosis humoribus,distentas ac ruptas sustinere ac alere partum non potuisse. Et Auicenna plerũq;,inquit,prægnátes abortire circa alterum aut tertium mensem solent, Cotylidonibus,humoribus, atq; inflatione distentis.Præter hæc abortus nonnunq̃ fiunt, propter loca matrici propinqua morbis ac uiciis infestata atq; corrupta,ut cum intestinum rectum exulceratione ficu,aut hæmorrhoide infestatur,aut uesica calculo, tumoribus,ulceribus aut stranguria laborat. Nam ex magno,duro,& assiduo nisu,qui in morbis atq; laboribus, sedis atq; uesicæ accidunt, generantur item magni motus ad inferiora protrudentes,ex quibus. Acetabula, sic enim latine τὰς κοτυληδόνας uocant, rumpuntur.

¶ Fit item abortus ex Tenasmo, qui morbus appetentiam egerendi alui procreat, cũ homines multum quidem nitũtur, nihil tamen aut parum egerunt. Sic enim & Hypocrates ait. Prægnans, quæ tenasmo corripit, plerũq; abortit.

¶ Item tuscis immodica abortũ facit, ut idem Hypocrates testatur. Nec non macilentis & exhaustis corporibus quæ sunt, abortus familiaris est. Quod ut Auicẽna tradit, quæ eiusmodi sunt morbo aut casu aliquo factę, cibum omnem, quem sumunt, in alimentũ & restitutionẽ corporis pristini conuertũt, nihil alimento partus relinquẽtes, ob quam deinde penuriam, in utero partus debilitantur, neq; manere possunt, sed ad exitũ ante tempus detruduntur.

¶ Item abortus contingit iis, quæ nimia cruoris destillatione, aut mensiũ profluuio uehementiore laborarunt. Nam ita Hypocrates ait, p̃gnans si mẽstrua deiicit, fieri nõ põt, ut partũ incolumẽ & saluum ferat. Qd tamen ita intelligendum est, si menses concitatiores eant, & p̃gnans corpore inualido ac maciléto sit, aut si post tertiũ mensem mẽstrua fluant, fieri enim põt, ut primo & alte-

ro mense, absq; damno illa deiiciantur, quãdo adhuc partus exiguus & modicꝰ est, neq; magno alimento eget.

¶ Item abortus contingit sanguinẽ mittentibus, ut Hypocrates ait, quod eo referẽdum est, si prægnans parum sanguinolenta erit. Nam quæ sanguine abũdat, eiusq; plus habet, quam uel sibi, uel partui opus est, ea sanguinem mittere absq; periculo põt, post quartum mensem tamẽ, & ante septimum. Quãq; nulla sanguinẽ mittere facile debet. si non iusta & idonea caussa id postulet.

¶ Item abortus accidere solet iis, quę medicina uehementiore aluum cient, ante quartum aut post septimum mensem.

¶ Et si forte necessitas posceret, ut prægnans purganda foret, id quod non nisi euidentibus ac manifestis ex caussis fieri debet, minore cum periculo inter quartũ & septimum mensem purgabitur, si modo id moderate, & leni aliqua medicina fiat, ut Hypocrates docet.

¶ Item abortiunt fere quæ subito uẽtris fluxu soluũtur, sic enim Hypocrates ait, prægnãs si Lyenteria corripitur, periculum est, ut abortiat, quod ita tum intelligi debet, si fluxus is, qualiscunq; diuturnus sit, & prægnans macilenta & exhausta, tunc enim san-

guis absumitur,& ipsa prægnãs languescit, ex quo partus,penuria alimenti, ad exitum cogitur.Nec non abortire solent eæ, que crebro uomitu cientur, & subinde nauseant. Tradit enim Auicéna ex nimio uomendi labore,corpus cõsumi,& marcescere.Et interdum eadem ex agitatione cotyledones rumpuntur.

¶ Item ex fame abortus accidit, si ea nimia aut longior sit,item ex morbo qui grauior inuaserit prægnantem.Sic enim Hypocrates,prægnans si acuto morbo inuaditur, lethale id est. Acuti autem morbi sunt, ut pestis, apostema pectoris, Apoplexia, Epilepsia &c.

¶ Item abortus accidit ex nimia crapula, ea enim partus in utero suffocatur & alimẽta corrumpuntur. Semper enim crapula ut neqꝫ concoqui potest, ita sanguinem unde partum ali conueniebat,corrumpit.

¶ Item quoties partus imbecillis atqꝫ ægrotus est,siue ægritudiné hanc foris,siue intrinsecus causę mouent ex quibus matrix impulsa,ad egerendum partum cogitur.

¶ Item quoties secundina ante tempus rũpitur,uidelicet cum infirma est, neqꝫ partum continere potest, aut cum humores & aqua secundinæ fluunt, quæ illam & lubri-

cam faciũt, & caussam egerendi ministrant.

¶ Item accidit abortus ex nimio frigore, quo partus necanť, Ceu fit in iis regionibus quæ septẽtrioni ꝓpinquiores sunt, aut ex nimio æstu quo ꝑgnans lassať, & una partus, ex eo sustinere nequeũt, id quod fit in regionibus Austro propinquioribus. Et ob hanc cãm ꝑgnantes balneis quoq; crebris abstinere se debent, ea enĩ trifariã illis nocere solẽt.

¶ Primo qui anhelitum incendunt, æstu atq; calore suo. Deinde quod Cotyledones mollificent, & relaxent uiamq; ad egerendũ lubricum atq; lenonẽ faciũt, quibus partus prouocanť. Postremo, quod exterior calor, etiam interiorem generat atq; auget, ex quo fit, ut cum partus æstum interiorem ferre nequit, refrigerandi caussa exitum appetat.

¶ Itaq; a balneis abstinere prægnãtes debẽt, nisi quatenus sub pariendi tẽpus, ob partum faciliorem, illis uti necesse erit, ut supra cõmonuimus, ubi modum præscripsimus, quomõ id minimo ꝑiculi metu fieri possit.

¶ Item abortiunt prægnantes cum intẽperies aeris accidit, hoc est cum repente status & qualitas anni mutatur.

¶ Nam ut Hypocrates testatur, quoties hyems humida incidit, uere sequẽte sicca & frigida, iis qui uere eo pariunt, facile abor-

tus & ex facili caussa, euenire solet.

¶ Aut si abortus non eueniet, difficulter tamen pariunt, partusq; uitiosos, ægros & qui statim emoriantur, aut si non emoriantur, ualetudinarii tamen qui sint, procreãt. Nam cum eiusmodi hyemes incidunt, fit ut prægnantum corpora magis calescant, & humida fiant. & propter humiditatem atq; calorem hyemis, non minus resoluantur, quã si calidis balneis usi fuissent, ex qua caussa, postea frigus quod uere sequente redit, corpora relaxata & soluta facilius & uehementius penetrat ut adurit, ut ex eo partꝰ quoq;, ut pote qui per hymem calori assueuit & repentinum ac subitum frigus ferre non põt, uel in utero uel statim postquã in lucem editus est moriatur, aut si non emoriatur, egra tamen subitam mutationem hanc preferat, seseq; sustineat, & nisi cum summo negocio atq; difficultate uiuat.

¶ Item abortus accidit ex nimia agitatione corporis, uidelicet cũ prægnantes uel immodice laborando, uel lasciuiter saltando se iactant, & cum motu aliquo resupinant.

¶ Item quoties casu aut precipitatiõe aliqua feruntur aut trudendo, uerberãdo seu iaciendo grauiter pulsantur.

¶ Item quoties subito uel ira, uel metu,

uel terrore, uel mœrore, uel improuiso no/uo ac repentino gaudio corripiuntur. Atq; hæ fermæ caussæ, abortiendi prægnantibus accidere solent, quæ, ut hoc obiter addam, cũ dolore ac difficultate multo maiore abortiunt, quam ꝓm naturalem cursum ac modum pariunt, propterea quod quicquid prę ter naturã homini accidit, id multo grauius malũ est, quam quod naturaliter contingit.

¶ Signa aũt abortum ꝑcedere hec solẽt. Primum, cum pregnãtis ubera que antea sana, ualida, atq; plena fuerãt, paulatim minuũtur, subsidunt, & flaccescunt, tunc enim plerũq; abortus sequit, ut Hypocrates & Auicenna testantur. Nam ubera cũ subito ac repente flaccescũt & exinaniuntur, periculum abortus eodem die minitãtur. Quod si pregnans geminos ferat, & alterũ dũtaxat uberũ utroq; antea sano & incolumi, flaccescat, ei geminorũ qui in eo latere quiescit periculum portẽditur. Vnde Hipocrates ait, Si dexterum uber deficit, periculum masculo partui instare, propterea quod plerũq;, tum gemini partus diuersi generis sunt alter maris, alter fœminæ, masculus dextera in pectoris parte quiscere solet, in sinistra autẽ fœmina, proximum signũ est, cum pregnãs magnos dolores ex matrice capit, ipsa aũt & facie ru/

bescere, ac membris contremiscere atq; horrere incipit, idq; ceu in febri & cephalalgia, præterea cum in interiore oculorum parte uersus cerebrũ dolores percipit, reliquo corpore lasso, & languescente. Nam hæc portendunt instans & breui futurum periculum, præcipue si eodem & tempore menstrua soluantur, & fluant.

¶ Item quoties fit, ut corpus prægnantis infletur, & cum quadã duritia intumescat, flatusq; ultro ac citro currentes ex latere altero in alterum feruntur, neq; tamen eo uenter grauior aut põderosus magis fiat & hoc si flatus illi perseuerant, muliere iis uescente quæ inflationes ac tormina. Hoc enim signũ portendit periculum ex flatibus & uentositate, præsertim circa alterum aut quartum a concæptu mensem.

¶ Itaq; postquã caussas atq; signa periculi exposuimus: reliquum est, ut quibus idem remediis præcaueri atq; auerti possit, doceamus, ubi præcipue hoc curandum est, ut prẹgnans omnia ea uitet atq; fugiat, quæ caussam abortiendi periculo prebẽt, ut satis iam atq; ordine dictum est.

¶ Principio enim si metus sit ex eo, quod matricis os amplũ atq; spaciosum iusto magis est, adhiberi ea debent, quæ contrahunt

& constringunt, ut sunt balnea, suffitus, ungenta, emplastra, odores, &c. de quibus supra capite septimo diximus, quæq; méstrua immodice cõcitata a partu restinguere atq; cohibere solent.

¶Rursum si periculum ex eo metuitur, quod os matricis humidum atq; lubricum nimis est, aut quod cotyledones uiscosis humoribus, & inflationibus siue uẽtositate aliqua obturatæ atq; obstructæ sunt, auerti periculũ hoc & præcaueri medicinis hisce adhibitis debet, quæ purificant, purgant, exicant, & uentositatem reprimũt. Quãquam non committi in hac parte debet, ut non boni ac fidi alicuius medici consilium adhibeatur, propterea quod uarii huiusmodi humores ac fluxus sunt, neq; eadem omnes ratione curantur.

¶At uero si periculum ex matricis aut eorum quę locis genitalibus proxima sunt, uicio, morboue, imminear, ceu sunt exulcerationes, tumores, uicia sedis, stranguria, & id genus, consulendi medici erunt, qui quo pacto unumquodq; illorum tolli atq; curari debeat, indicabunt. Quod si prægnans ex eo periculum metuit, quod macilenta & ex-

hausta corpore sit, uesci iis cõueniet quæ humectant & pinguesaciunt, ceu sunt caro, animantium iuuencorũ, capi, hœdi, agnina, uitulina, perdices, lagopodes & id genus.

¶ Rursum si periculũ ex morbo aliquo acuto incidet, subueniri debet medicinis iis, quib. talis morbus curatur. Si a fame, sedari ea debet cibo mediocri ac potu, non crapula, contra si a crapula id quod hodie passim fit, non sine turpitudine quoq; abstinentia per tempus utendum, & si res ferat, purgatione quoq; mediocri corpus subleuandum est. Quod si sanguine abundet prægnans, non inutile erit sanguinem, quãquã modice, mitti; ita ut quod abundat, quoq; partus suffocari in utero posset, id sanguinis tantũ mittatur, de qua tamen re supra quoq; satis ut puto a nobis dictum est, quæ qui uolet huc repetat. Præterea si prægnans periculum metu at ex uehementiore ac diuturna tussi, ex uomitu nimio, ex Lyenteria, ex tenasmo, aut profluuio sanguinis, siue id naribus siue aliis corporis partibus accidat, medicos consulendos censeo, omniaq; ista mala q̃ maxima commoditate, & moderatione procuranda esse. Postremo si propter fragilitatem, aut rupturam secundinæ periculũ instet ob quam caussam partus contineri diu,

tius nequeat. Ei uero difficultati medicina alia adhiberi facile nulla poteſt, niſi ut quã maxime diligentiam adhibeat prægnans, ne magnis atq; multis agitationibus ac motibus concutiatur, ne ſaltando, currendo, ſtando, itando, aut res ponderoſas ſuſtollẽdo ac portando ſe ipſam offendat. Et in ſumma, omni cura atq; diligentia hoc efficiat, ut eas res, ex quibus periculũ huiuſmodi aliquod naſcitur, euitet atq; fugiat.

¶De partubus emortuis, quibus ſignis cognoſcantur, & quo pacto iidem pellantur. Cap.IX.

Onſentaneum hoc loco eſt, ut de partubus emortuis quoq; dicamus, quibus agnoſcantur, & quo pacto iidem a matre pelli poſsint, ac debeant. Signa itaq; emortui in utero partus hæc ſunt. Primum ſi prægnantis ubera ſubito flacceſcunt, de qua re ſupra quoq; cap. octauo diximus. Secũdum, ſi partus in utero ſe amplius nõ mouet, antea moueri cæptus ac ſolitus. Tertius, ſi partus conuertẽte ſe matre in alterum latus ab altero, lapidis aut immoti ponderis inſtar, recidat. Quarto, ſi prægnãtis uterus atq; umbilicus refrigeſcant, qui antea ſolito calore tempera

ti fuerant. Quinto, si fœtidi humores ex locis profluant, præsertim post morbum aliquem acutum. Sexto, si prægnantis oculi recessisse intro uidentur, & color albus in fuscum aut ferrugineum conuertitur, præterea oculi, nasusq; obstupescunt, & horrent, labia autem liuescunt. Septimo, si prægnans infra umbilicum, & circa genitalia uehementibus doloribus concitatur, facies autē ei colore in deteriorem mutato, præter solitum deformatur. Octauo, si prægnās iis uesci concupiscit, quæ & repugnantia naturæ sunt, & solita edi aut bibi non consueuere. Nono, si prægnans in somniis uexatur. Decimo, si continua stranguria laborat & cum magno negocio, multoq; nisu: sed tamē frustra & sine effectu, aluū egerere subinde appetit. Vndecimo si prægnantis anhelitus sœtere incipit, id enim plerūq; altero aut tertio die, quam partus emoritur, accidit. Duodecimo, si manus calescēti aqua madefacta, uteroq; prægnantis imposita fuerit, eiusq; contactu partus non mouetur.

¶ Atq; ex his quidē sanguis quanto plura simul concurrent, tanto certius indicium hoc est, partum in utero mortuum iacere. Itaq; opera danda est, ut is primo quoq; tempore pellatur. Sed hic rursum attēdendum

erit, num fieri posit ut salua & īcolumi matre pelli posit. Quidā enim eiusmodi sunt, ut uiua & superstite matre pellant. Alii hoc non possunt. Atq; horum indicia hæc sunt. Si inter pariendum mater exanimis deficit, & subinde ecstasi corripitur. Si obliuiosa erit & languida, lassaq; membra ægre attollit & mouet. Si uoce altiore compellata, aut nihil, aut parū atq; hoc submisse, & ceu deficiente uoce respondet. Si subinde Spasmo inuaditur. Si cibū respuit. Si pulsus arteriarum concitatior sed languidior quoq; erit. Quæ signa postquā in pariente apparent, liquido cognosci potest, eam incolumem atq; superstitem partui nō mansuram esse, proinde cura eius Deo potiss. cōmendanda erit. Sed in qua signa hæc nulla erunt, spes bona est, saluam atq; incolumem, pulso partu, illam fore, qua propter danda opera est, ut quāprimum emortuo pondere liberetur. Id quod bifariā, aut medicina expulsiua, aut instrumentis ad id comparatis, fieri solet. Primum, sine instrumentis, per suffitum hoc modo. Accipe ungulā, aut stercus asini, iisq; incensis suffumiga parentis genitalibus.

¶ Item aliter hoc modo. Accipe exunias serpentis, Myrrham, Castoreum, Sulphur, Galbanum, oppoponacum, Rubeam tincto

rum, ſtercus columbinum, ſiue accipitris, eaq; omnia, aut ſingula contrita, & felle bubulo macerata, in pilulas magnitudine auellanæ redigito, pilulaq; alia poſt alia carbonibus impoſita & incenſa, per fiſtulam ad genitalia parientis fumum ſubducito.

¶ Item aliter ſic. Accipe Thymiama, oppoponacum, Galbanum, Sulphur uiuũ, ſingula pondere pari, eaq; omnia felle bubulo temperata, in pilulas redigito, redactis ſuffitum, ut ſupra facito.

¶ Item accipe Azam fœtidam, pond. ſemi drachmæ, rutæ drach. treis, myrrhæ drachmas duas, eaq; in puluerem redige, parietiq; ex eo ſingulis uicib. ſingulas drachmas cum uino albo, aut aqua in qua Sabina decocta fuerit, epotandas dato.

¶ Item accipe aquam, in qua decocta fuerint, fici, fœnum græcum, origanum, eamq; potandam parieti prebe, lubricitatem enim generat, Atq; exinde reliqua quæ ſupra diximus, ad partum emouendum, adhibe.

¶ Item accipe gummi Armoniacum, oppoponacum, Helleborum nigrum, Staphiſagriam, Ariſtolochiam longam, & colocynten abſq; granis, eaq; omnia contunde & felle bubulo una cum ſucco recentis ru-

tæ tempera, temperatiſq̃, peſſarium ex lana factum, inunge, & humecta, probeq̃ humectatum genitalibus parentis impone.

¶ Item accipe peſſarium ex lana factum, longitudine & craſsitudine digiti, idq̃ ſucco rutæ, cui ſcammonea intrita fuerit, intinge, intinctum genitalibus parentis inſere.

¶ Item accipe Ariſtologiæ rotundæ, Sabinæ, Naſturcii hortenſis, ſingulorum pondere pari, eaq̃ contere, & felle bubulo miſce, poſtea peſſaria, mẽſurę cuius ſupra diximus contritis ac mixtis inunge, & genitalibus inuncta immitte.

¶ Item, pariẽs ſi bibat lac alterius mulieris, partum emouet.

¶ Item accipe ſucci Dictami aut pulueris eiuſdem radicis drachmas duas, easq̃ pariẽti, ſi nimio calore nõ uexetur, tum uino, aut ſi calore uexatur cũ aqua tepida ebibẽdas dato, partuſq̃ ſine damno parientis pelletur.

¶ Item, accipe Myrrhæ drachmas quattuor, Cinnamomi, Galbani, Caſtorei, ſingulorum ponderum, drachmas duas, Oppoponaci drachmam unam, eaq̃ omnia bubulo felle tẽperata, in pilulas drachmas ſingulas pẽdentes redige, carbonibusq̃ impoſitis & incenſis, genitalia pariẽtis, odore atq̃ ſuffitu eo imbue. Hoc.n. uapore & partus emor-

tui, & inflammatio & ſanguis ſuffocatus pel luntur.

¶ Item accipe mentæ aquaticæ, Abrotani, Arthemiſię, ſingulos manipulos, Aſphalti, ſemunciam, Rubeæ tinctorum uncias. ii. & ſemis, Camomillæ, Baroti, fœnigræci, ſingulorum uncias duas, eaq; oĩa pluuiali aqua decoque, & in aqua eadem parturientem lauari ſeu balneari facito. Poſtea accipe adipis gallinacei, adipis Anatum, ſingulorum ponderũ drachmas quaternas, quib. adde olei Aneti uncias duas, iisq; caput eiuſdem e balneo exeuntis perunge, & poſt hæc oſſa dactilorum pondere drachmæ & dimidii, contrita & croci ſcrupulo uno temperata, cum uino albo abſorbenda dato.

¶ Item accipe oppoponacũ, & ex eo peſſarium, menſura digiti cõpone, genitalibuſq; parientis inſere, emortuũ enim partũ pellit.

¶ Item accipe Galbani drachmã aut minus aliquanto. lactis autem capræ ſeſquiunciam, aut uncias duas & in hoc Galbanum contritum atq; maceratum, parienti epotandum dato.

¶ Item accipe Galbanum, ſucco Arthemiſiæ, contritum & temperatum, & ex eo emplaſtrum, addito ceræ modico factũ linteolo, culmi craſsitudine ĩducito, linteolúq;

ea longitudine producito, ut inter umbili-
cum & genitalia ex uno latere in alterũ ex-
tendi posit, eoq; parturientem emplastra-
to.

¶Item accipe Theriacum, quam uocant
diatesseron uulgo, eamq; parienti absorben
dam dato, partumq; emortuum expellit.

¶At uero si iam dictis medicinis nihil
proficiat partusq; emortuus abscedere no-
lit, tum seuerior adhibenda cura, instrumen
taq; admoueri debent, ceu sunt vncini, forci
pes, & id genus alia, in hunc usum fabricata,
perinde ut in sequentibus dicemus.

¶Principio igitur reclinanda pariẽs erit,
ita ut in dorsum iacens capite deprimatur,
pedib. autem & media parte corporis subli-
metur. Assistentibus utrinq;, quæ illam ma
nibus fortiter retineãt aut alligent: ita ut at-
tracto partu, eodem tractu ipsa itidem attra
hi non posit. Deinde obstetrix lęuam oleo
candidi lilii aut aliis, quæ lubricum ac lene
faciunt perunctam & extentis digitis coar-
ctatam, claustris genitalium apertis inserat,
& quo situ atq; habitu partus ĩ utero se ha-
beat tactu pernoscet, quo commodius atq;
facilius uncinos, atq; instrumẽta implicare,
& extrahere illum posit. Quod si itaq; fiat,
ut partus in caput prociderit, implicandus

uncinus in alterum oculum, aut in palatū, aut ſub mento in collum, aut in ſcapulum, aut in quamcunq; partem corporis maxime commodum uidebitur: atq; ita ſenſim attrahēdus erit. Si uero in pedes partus procidit, uncino apprehendi debent oſſa quæ ſupra genitalia membra ſunt, ceu ſunt coſtæ, oſſa pectoris aut ſpinæ. Iniecto autē uncino, non ſtatim attrahere obſtetrix debet: ſed iniectū dextra cōtinens, læuam amplius ad partum inſerat: & alterum uncinum ex diuerſo prioris infigat, ac deinde utrūq; ſimul ambabus manibus attrahat: ut partus ab utraq; parte equaliter procedat. Attrahēdum quoq; ſenſim & leniter erit, non recto & ſimplici tractu: ſed ita: ut inter trahēdum nunc huc nūc illuc reflectat, & uelut labefactando & nutādo partum emoueat. Admouere quoq; inter attrahēdum indicem probe: ut ſupra diximus, perunctum debet, & ſicubi hæreat partus aut implicitus & illigatus fuerit, a locis & genitalibus reſoluere, & ad abſcedendum liberum atq; habilem reddere. Quod ſi itaq; hoc modo partus procedat, uncini ſemper ultra iniiciendi, & altiora membra ſubinde apprehendenda erunt, donec totus emoueatur.

Contra autem, ſi contingat, ut alteram tan-

tum manum partus ostendat, neq; facile ea reduci sursum posit, propter angustiã claustrorum, illigari ea linteo aliquo, ne rursum elabi posit, debet, atq; ita tum eo usq; attrahi, donec totum bracchium emoueat, quod ubi emotum erit, a corpore reliquo resecari debet. Atq; idem faciendũ erit, si utraq; manus, alter pes, amboue, seorsim cum sequente reliquo corpore, neq; ipsis cõmode ac loco restitui ualẽtibus abscedant, & ut manus cum bracchiis ab humero, sic pedes toti, a femore resecandi sunt, ad quam rem chirurgi sua instrumẽta certosq; cultros, forcipes, uncinos & forpices habebunt, quibus talia mẽbra q̃ facillime atq; celerrime abscindi atq; a reliquo corpore dissolui possunt. Resectis autem & ablatis illis in hunc modum, reliquũ deinde corpus, moueri atq; reuerti tantisper debet donec ad egerẽdum habile atq; aptum figuretur & tandem a matre expellatur.

¶ Quod si caput in partu ex inflatione, aut tumore, aut fluxu aliquo tantæ magnitudinis foret, ut angustiam claustrorum penetrare non posset, tum obstetricem conuenit, cultello phlebotomo, aut alio aliquo bene acuto, caput perstringere, quo diffluentibus inde humoribus & flatibus in arctum

coeat & cõstrictus fiat. Quod si nõ casu: sed natura tam magnũ idem sit, ut facile abscedere nequeat, confringi atq; contudi, & ad pauca redigi quoquo mõ debet, ipsaq; etiã caluaria forcipiculis, quibus addentes emouendos chirurgi utuntur, extrahi debent.

¶ Rursum, si post egestum caput, pectus in foribus obstaret, & propter angustiã claustrorũ abscedere non posset. Conueniet eodem modo, etiam pectus comminui & diffringi, & quoquo modo in frustra redigi, exeundoq; aptari.

¶ Eodem modo si reliquum corpus suffusum, & turgefactum foret, intercidendũ erit, quo, ut supra de capite diximꝰ, & humores effluant, & ipsum residat, inq; se redeat.

¶ Porro, si casu aliquo aut morbo fiat, ut os matricis propter apostemata, exulcerationem aliquam minus apertum, minusq; lubricum: sed contractum & siccum foret, nõ conuenit ante de pellendo, egerendoq; partu emortuo cogitare, aut laborẽ capere, quã per oleũ & uarias pinguedines, item per balnea, aut suffitus, matricem leuem atq; lubricam reddideris, uiamq; exeundi planam ac facilem aperueris, de quibus supra Capitulum quintum, abunde commemoratum est. Præter hæc, si partus emortuus in la-

tus procedat, tum, si fieri potest, conuertendus est, aptandusq; prout ad exeũdum quã commodiss. uidebitur inungendaq; matrix erit, aut suffitu & odoribus confouenda, donec amplietur, ipsaq; uiam facilem præbeat. Quod si conuerti hoc modo partus non potest, neq; suffitu aut ungentis adiuuatur, cõminuendus, & in frustra redigendus erit, ut antea diximus. Cæterum si post egestũ hoc modo partum, menstrua immodice concitata fluant, adhiberi ea debent, quibus supra Cap. VII. profluuia eiusmodi cohiberi ac sisti docuimus.

¶ At uero si diuerso modo pariens emoriatur inter enitendum, id quod signis, quæ morientes de se prebent, facile deprehendi potest, & partus in utero superstes, spem uitæ ostendat. Principio conuenit morientis os, & infra genitalia cum matrice aperta, & reclusa seruare, quo per ea & uitalem spiritum partus capere, & anhelitum reciprocare possit, id quod mulieres mediocriter paritæ satis norunt.

¶ Deinde reclinate latus sinistrum recto uulnere nouacula incidi atq; aperiri (nam dexterum latus non ita liberũ, propter epar quod in eo situm habet ingressum incidenti præbet) & inde partus inserta manu per

uulnus eximi, atq; educi debet. Quo pacto qui nascuntur, cæsares dici solent, ut etiam Romę ille a quo primo cæsarum familia nomen adepta fuit, primusq; cæsar, eo quod cæsa matre natus, appellatus est.

¶ De recens natis, quomodo fouēdi, alendi & curandi sint. Cap. X.

AT postq̄ natus est infans, statim umbilicus resecandus spacio tres latos digitos in longum a corpore relicto, atq; ita obligandus est, ut etiam Auicēna scribit, parti deinde extremæ, ubi resectus est, inspergendus puluis ex bolo Armeno & sanguine draconis, Sarcocolla, myrrha & cymino, singulis pari pondere cōtritus, insperſoq; lana oliuo intincta, & humectata ne decidat, obligari debet: Tā etsi alii umbilicum tres digitos a corpore relictum primum religare, ac deinde præsecare iubent.

¶ Præterea sunt qui dicāt perinde ut longitudo umbilici resecti reliquitur: ita & linguam in masculo breuiorem aut lōgiorem fore. Auicenna quoq; de umbilico, præsagia quædam capit. Nam mulier, cum primum partum ædidit, umbilicus infantis inspici debet, inquit, qui si in parte qua corpori proximus est, rugas seu sinus quosdā

non habet, mulieri deinceps sterilitatē portendit. Contra aūt si rugas siue nodos quosdam ostendit, tot partus ac liberos matri pmittit, quot numero nodi seu rugæ ī eo deprehenduntur.

¶ His alii addunt, rugas eas, si modico inter se spacio distent, modica pariendi interualla, quoq; significare, si longius, longiore etiam temporis interuallo matrem cōceptuam atq; parituram esse.

¶ Præterea rugas si ruffescunt, masculos partus, si candidiores sunt, fœminas significare. Sed hæc de umbilico, pro præsenti argumento & oleo satis est dixisse.

¶ Cæterum ut unde digressi sumus, eo reuertatur, postquā umbilicus resectus atq; obligatus est, totum quoq; corpus infantis oleo glandium, perungi nō inutile erit, illud enim cutem confirmat, & ceu munit, contra ea quæ foris ledere aut offendere teneram possent, qualia sunt, fumi, frigora, & reliqua quæ cum a partu statim infantem contingunt, ledere solent.

¶ Post unctionem lauari aqua tepida infantem cōuenit naresq; digito, cuius ungues pſecti sint, leniter aperiri atq; purgari debēt.

¶ Nec inutile erit, olei modicum in oculos instillari. Necnō anus quoq; infantis con

trectari

trectari a matre aut nutrice debet, quo citius ad egerendum aluum prouocetur.

¶ Præcipue autem a calore immodico, aut frigore custodiri debet.

¶ Postquam autem umbilici pars extans deciderit, id quod fere post diem tertiũ aut quartũ fieri solet, cõspergi reliqua debent cinere, ex cõchiliis quæ ĩ paludibus aut lacub. passim reperiuntur, aut ex ungula uituli facto: aut etiã cinere plũbi probe cõtrito & uino tẽperato. Præterea cum infans inuoluit̃, & cunis imponit̃, danda opera est, ut semper quã mollis. eius membra tractẽtur, deinde unũquodq̃ membrũ suo loco, & recte non confuse aut distorte illigetur, idq̃ nõ semel uno die: sed sæpius faciendũ est. Quẽadmodum enim in seminariis arborũ fit, perinde ut recta: aut contorta educunt̃: ita eandẽ formam adulta tenent: ita etiã infantibus accidit q̃ si recte & legittime inuolucris suis obligantur, rectis mẽbris, & recto corpore crescunt, sin curuati & cõtorti conuoluunt̃ distortis atq̃ incuruatis mẽbris quoq̃ adolescunt: itaq̃ & oculi subinde extergendi sunt lineo quam tenerr. aut serico, & explicanda, extendẽdaq̃ brachia, & iuxta latera utrinq̃ infra uersus deducẽda, ut recta iacere cõsuescant, ultra hæc, uesicã quoq̃ interdũ demul

ceri prodest: ut eo minore negocio urinam mittat. Et cũ dormitum reponit, imponenda capiti mitra: aut eius generis aliqd aliud est collocariq; ĩ cunis eo loco debet ubi neq; frigus illi infestum, neq; ęstus molestus esse possit, caput quoq; paulo sublimius reliquo corpore acclinari debet, totiq; ei, suspẽsa desuper fascia: aut alia materia, umbra inducẽda est, ponendũq; ita ut radii solis interdiu, aut lunæ per noctẽ oculos non pstringant. In uniuersum aũt curandum: ut omnia mẽbra quã rectiss. collocent, ne aut ceruix reflexa: aut tergũ nimis elatũ, aliaq; alio modo distorta, & incurnata reclinentur. Porro lauari debet bis aut ter quottidie, semper a somno, & hoc hyeme aqua calida, æstate uero tepida neq; lõgius in aqua retinere debet, quãdum corpore incalescat & rubicũdus fieri accipiat, curandũq; est, ne inter lauandũ auribus aquã accipiat, inutile enĩ hoc est, & auditui dãnosum. Postremo cũ e balneo recipit, abstergendus & cõfouendus est linteis teneris ac molliter calefactis, debetq; nutrix aut mater, aut quæcũq; e balneo receptum, inuolutura est, primũ e gremio suo pronum inclinare, ac tergum leniter mulcere, deinde ut supra diximus, inuoluere, inuoluto aũt guttam unam & alterã in nares stillare, id enim

uisui prodest, atq; ita tandem loco suo repo-
nere.

¶ De lacte & nutrice, & quã diu infanti mãma præbenda. Cap. XI.

AETERVM, quod ad alẽdũ infantẽ attinet, præcipue prodest, si mater suo lacte, infantem alat.

¶ Matris enĩ lac naturæ infantis & magis cõuenit, magisq; proprium est, præterea plus nutriméti confert, ꝓpterea q̃ partus in utero dũ fuit, eidẽ assueuit, eodẽq; nutritus est, Ideoq; cum infans iam magis illud ceu notũ & consuetũ appetit, Deniq; matris lac infanti salubrius quoq;. Sufficit autẽ interdiu bis aut ter infanti mammã præbere: ut Auicenna tradit. Quãq; uitandũ est ne ab initio lacte ĩfantem obruamus, quod ita intelligi debet, ne eodẽ tempore longius lactendo fastidiũ infanti ingeneremus. Multo enim satius est sępe ac modice lactare puerũ q̃ immodico lacte semel aut iterũ suggentẽ opplere. Propterea q̃ q̃ hoc modo obruuntur, eorum corpora distenduntur & inflantur, lotiumq; emittunt, quod imperfectam concoctionem lactis significat.

¶ Quæ quidem si accidant infanti, absti

neri ab alimento aliquāto longius debet,do nec iusta fame ad concoquendū impellitur: Similiter si lac matris acrius paulo foret, ieiuna præbere mammam nunquā debet.

¶ At uero, si uel ualetudinis caussa, uel quia lac ipsius corruptum & malum foret, ipsa mater infantem nutrire nequeat,nutricem cōparare licet;sed tamē eam, quæ hisce reb.prædita sit Primum ut colore bono,ceruice ualida,pectore autem lato cōspicua sit. Deinde ut neq; partui propinquior, neq; ab eodem longius transgressa sit: ita ut ad summum duo menses postquā eadē peperit elapsi iam sint,ut masculū,si talis modo haberi possit,pepererit. Tertio ut sit corpore habito neq; gracilenta nimis,neq; nimis crassa ac pinguis.Quarto ut sit proba atq; modesta,morib.aūt moderatis,neq; iracūdia,neq; seuera nimis,neq; etiam formidulosa.

Eiusmodi enī affectiones & perturbationes,pernitiosæ sunt,ut quę lac corrūpant,& una cū lacte in mores quoq; & ingenium sugentis transeunt. Neq; enim temere a Poeta additum est,cum ingenium durum atq; immitte describere uellet ut diceret.

¶ Hircanæq; admorunt ubera tygres. Propterea cauendum est, ne nutrices fatuas aut lasciuas,ceu sunt indusiariæ,strophiariæ

& id genus sedẽtariæ aliæ adhibeant. Quinto, Nutricem cõuenit ubera habere plena & fœcunda, quæ neq; mollia aut flaccida sint, neq; tenuitate, aut contra magnitudine modum excedant, aut etiã propter duritiem minus lactis de se prębeant. Postremo lac matricis quoq; inspici debet, ne aut nigricans sit, aut cęruleũ, aut glaucũ, aut rubescẽs, item ne amax, aut salsum, aut acidum sit, ne rursum tenue ac fluidũ nimis, aut contra crassum ac pingue: sed æquabiliter candidũ atq; dulce sit. Et in summa illud lac optimum atq; electiss. erit, quod instillatũ modice unguibus digitorum, neq; subsistet & adhærebit, si digitũ declines ac moueas, neq; defluet si eundem ęqualiter immotũ teneas, nam quod cito effluit, tenue nimis, quod tenatius adhæret, spissum nimis ac pingue ducendum est, medium aũt inter utrũq; horum optimum.

¶ Quod si forte tũ accidat, ut lac matricis calidum nimis atq; acre foret, sugendum infanti dare non debet ieiuna, & antequam ipsa cibum sumpserit. Fit quoq; interdum ut lac matricis decrescat ac deficiat, id quod uariis ex caussis euenire solet.

¶ Aut enim ualetudine corporis contingit, aut morbo seu uitio uberis, aut frigore & obstructione eiusdẽ, aut quod ea subtra-

hunt, ex qbus lac generari debet: aut deniq; q; fame ac siti nutrix afficiat. Quæ caussæ ut probe quidem cognoscendæ sunt: ita super his medicos consulere, eorúq; ad medicandum opera hoc loco uti decet.

¶ Nos tamen, ut nihil saluti atq; utilitati publicæ deesse pateremur, quædã remedia hic subiunximus, q̃ mulieribus hoc malo laborantibus maxime salubria, & adiuuandũ efficacia putauimus. Proinde ut lac nutricis crescat & augeat, accipe pastinacã, eiusq; semen aut radicẽ, nutrici uescendã prebe. Aut fœniculi semẽ siue radicẽ, iure hordei aut cicerculæ decoctã, inter reliqua, qbus uescitur sumendã dato. Itẽ ubere ouillo una cũ eiusdẽ lacte uesci eodẽ prodest. Itẽ prodest, drachmã lumbrici arefacti & cõtriti, ex lũbricorũ terrestriũ aqua hordei decocta sumpsisse. Itẽ accipe butyri vaccini, unciã. i. eãq; maceratã, & colliquatã uino nutrici bibendã dato. Vtile quoq; erit uentosas sub ubera, cute tamen nõ incisa admouere. Itẽ prodest emplastrũ ex thure, Mastiche, ac pice uberibus, aut infra impositũ cute, prius oleo perunge, ne nimis tenaciter illã apprehẽdat: aut stringat. Item prodest ubera leniter fricare & p̃mulcere: aut in aqua calida, a prandio aut cena inter balneandũ, eadẽ sugenda p̃bere in-

fanti. Itē accipe oleū lilii candidi, aut uiolæ, in hoc muscū thus & laudanū contunde ac macera, eoqꝫ liquore lanā madefactam uberibus, subinde inducito, eadēqꝫ ita confoueto. Aut rursum cōfoueto eodē uino, mētha, rosa, uiola, & xylo aloe decocto. Itē proderit uesci iure gallinaceo, cynnamomo, Macide, cardamomo, & luteo oui tēperato. Itē uesci caseo recenti eadē debet, & lacte, debetqꝫ omni labore ac opere magno & difficili abstinere. Necnon pulmētaria quoqꝫ ex farina fabali, oryza, ac pane similaceo sicco, & lacte ac saccaro, tēperata, addito etiā semine feniculi aliquāto, ualde prosunt. Itē accipe Anisi, Sileris montani, singulorū drachmas ternas, cristalli drachmas. ii. eaqꝫ in puluerē redacta, & altero tanto saccari addito, mane, meridie ac uesperi circiter decies epotanda dato. Itē accipe fœniculi seminis siue foliorū & Marrubii manipulos binos, seminis Anisi drachmas. iiii. scrupulū unum croci triti, pterea butyri recentis uncias. iii. eaqꝫ oīa sufficienti aqua decocta ī emplastrū redige, ipmqꝫ emplastrū adhuc calidū, pectore nutricis impone. Item accipe cymini sesquiunciā contriti, idqꝫ cum aquæ libris sex defecati mellis unciis tribus, in ollā nouam impositū ad tertiā partem igne decoquito, decoctū hoc nutrici

bibendum ſubinde dato. Item accipe Bete ſatis & bene lotæ, unciã. i. cymini ſemiunciã mellis uncias ſex, eaq; cõtrita & macerata inter ſe, ĩ electuariũ redige mane ac ueſperi ſingula cochlearia nutrici abſorbenda dato.

¶ Item accipe Criſtalli bene contriti drachmas duas, easq; in partes quattuor diuide, ſingulasq; partes ꝑ dies quattuor mane nutrici cum ture ciceris aut piſi ſumẽdas dato. Præterea fœcundant atq; augent lac, hęc quæ ſequuntur quoq;, Anetum, ſemen aneti, ſemen Aniſi, Marrubiũ, Cardomomi, caſeus recens, ius ex caſeo ueteri, cicer Criſtallus tritus & cum melle hauſtus, Lactuca, fœniculum, uinum in quo roſmarinus aut ſerpillum decoctum fuerit.

¶ Item ſi nutrix cõtinentior fuerit: Nam crebra uenus, exhaurit, & lac inſipidum, atq; infanti ingratum reddit. Proinde etiam lac quod eiuſmodi eſt raro ab infante retinetur aut concoquitur: ſed ut plurimũ fit, per uomitum rurſus egerit. Cæterum non inutile fuerit, infantem ut primũ natus erit, nõ ſuæ matris: ſed alterius lac primo die ſugere, ꝑpterea q; coloſtrum, ita enim uocant, a partu ſtatim & primo die in omnibus oſciantibus denſatur & ceu congelatũ erit. Similiter ſi nutricẽ eueniet ex fluxu laborare, aut aluo ob-

ſtructã eſſe, & ob id medicamenta quę aluũ cient inſumpſiſſe, proderit alteri, dũ illa con ualeſcat infantem lactandum commendare.

¶ Porro ubi a lactando puer cubitum re ponitur, & cunarũ agitatione ſomnus ꝓuocatur, agitari debet non uiolente ac duriter, ne lac pauloante ſumptũ, eo motu in corpore infantis corrumpatur ipſumq; lædat.

¶ Preberi aũt infanti mammã Auicenna per totũ biennium iubet: ſed noſtra conſuetudo obtinuit: ut non ultra annũ ferme prebeamus. Deinde ubi ablactare placet, nõ ſubito id faciendũ eſt, ſed paulatim, faciendiq; uelut globuli quidã: aut cruſtulæ ex pane & ſaccaro, a quibus ad conſuetudinẽ ciborum grandiorũ puer uelut manu ducatur.

¶ Atq; hęc de prima educatione infantis ſufficiant, neq; enĩ clam me eſt plura etiã ſupereſſe, quæ ad curã huius ætatis pertinent, quo modo tractandi atq; fouẽdi circa dentitionẽ pueri ſint, de qbus Auicenna non pauca tradit: ſed nos breuitatis cauſſa, ea ex aliis petenda atq; diſcenda lectori relinquimus.

¶ De uariis morbis & caſibus, in quos recens nati incidere ſolent, & quo pacto iiſdem ſuccurrendũ. Capitulũ vltimum.

SVPEREST igit ut de morbis atq; periculis, qbus recens nati uarie ac passim implicari solét, de eo túq; medicinis dicamus, id enī ultimo loco facturos nos a pricipio polliciti sumus. Quamuis aút infinita pene sunt mala, quæ huic ætati accidere ab Hyppocrate, Galeno, Rasi, Auicéna, atq; aliis narrantur, nos tñ reliquis ob breuitatē prætermissis, ea tātū hic cōmemorabimus eorūq; curam ac rationē describemus, quę maxime communia, plurimisq; nota esse uidentur.

¶ Proinde quæ recens natis & infantib9 accidere solent, præcipue hæc sunt.

Exulceratio gingiuæ
Fluxus siue concitatio alui.
Astrictio alui.
Spasmus seu distentio neruorum.
Tussis & destillatio.
Difficultas spirandi.
Pustulæ seu ut uocant, uesicæ linguæ.
Exulceratio oris.
Humor fluens aurium.
Apostema cerebri.
Oculorum tumor.
Oculorum albugo.
Febricula siue calores immodici.
Tormina,

Corpus intumeſcens & turgidum.
Sternutatio crebra.
Veſiculæ corporis ſeu papulæ.
Inflammatio teſtium.
Tumor umbilici.
Inſomnia Singultus.
Nauſea ſiue appetitus uomendi.
Somniorum terror.

Mater puerorũ: ita.n.uocãt morbi genus.
Procidentia ſedis.
Tenaſmus.
Tineæ alui.
Intertrigo.
Epilepſia.
Macies. Tabes.
Paralyſis.
Tremor membrorum.
Calculus. Oculi ſtrabi.

¶ De horum itaq; cura atq; remediis ordine deinceps dicemus, ac primum de Exulceratiõe gingiuæ, ſolẽt enim parua quedã apoſtemata infantiũ gingiuis aut circa maxillarum uertebras, cũ dentiunt adnaſci. Proinde cõtra hæc, pdeſt, gingiuas atq; ipſa ulcera leniter mulceri ac digitis pfricari, deinde adipe gallinarũ, cerebro leporis, oleo camomillæ, cũ melle aut terebinthina, quæ melle mixta erit abunde ac ſatis inungi ac colui.

Postremo callidam aquã, in qua Camomilla & Anetũ decocta fuerint, superne duarũ spithamarum altitudine capiti infundi.

¶De fluxu siue concitatione alui.

Voties infantis aluus concitatior erit fluxuq; tenebit, Accipe semen rosæ, siue antherã, ut uocãt, Cyminum, Anisum & semẽ Appii, eaq; omnia cõtrita & in emplastrũ macerata, uentri infantis impone. Quod si hoc remedio aluus nõ sistetur, accipe coagulum hœdi, põdere oboli, hoc est, quãtũ sexta pars drachmę pẽdet, aut paulo plus, idq; cũ aqua frigida absorbẽdum dato, totũq; eum diem infantẽ a lacte abstineto, ne haustũ in stomacho coeat: sed interea ouoq; lutea mediocriter elixa, aut panẽ similaceũ, aq̃ coctũ, aut pulmẽtum quoq; ex similagine & aqua coctũ, pro cibo dato.

¶Præterea si illud quod excernitur colore flauũ erit, sirupũ quoq; ex rosa aut malo agresti, aut malo granato, cum modica aqua menthæ temperatum, bibendũ infanti dato. Aliud remedium, Accipe fermentum, & in aqua maceratũ ac tritũ per pannum colato, deinde sirupum uiolarũ pondere oboli. Spodium (hoc est ebur combustum) pondere scrupuli, & Gallæ, drachmam cum dimidia, una omnia temperata infanti absor-

benda præbeto.

¶ Item accipe ſemen Oxilapatii, idq; cõtere, & cum aſſati oui luteo ſubige, ſub actũ infanti edendum dato. Item accipe gallam eamq; in puluerem redige, redactã aqua decoque, eaq; aqua farina hordei, aut milii ſub acta, emplaſtrum facito, & infantis uẽtri imponito. Quod ſi hoc nihil profeceris, accipe præter hæc Acatiæ & ceruſſæ, ſingulorum drachmam. i. Opii obolũ. i. ſaccari drachmã unam & ex iis ſimul temperatis, peſſariũ facito longitudine ſeſquidigitali, craſsitudine autem duplicis culmi, & id ſedi infantis inſerito, aluumq; ſiſtet.

¶ Rurſum ſi excremẽta candicãtia ſint, accipe octauam drachmæ partẽ ex galla muſcata, eamq; cum ſucco Cydonii, & thuris albi ſcrupulo uno temperatum, puero ſorbenda dato. Item accipe Croci unciam, Myrrhæ quadrantem, eaq; cum uino rubeo tempera, temperata emplaſtri modo uentri infantis impone. Item accipe farinam ex hordeo, eamq; cum ſucco plantaginis, & aceti modico ſubige, ſubactam uentri infantis emplaſtri uice impone. Itẽ accipe Centinodiæ herbæ ſuccum, & albumen oui, iisq; puluerem roſæ purpureæ, & puluerem Hæmatite, maſtichen, thus, bolum armenum, Sanguinem

draconis & quam uocant psidam, simul subige ac macera, & emplastrum inde factum, infantis uentri impone.

¶ Item aqua in qua purpureæ rosæ decoctæ fuerint, infantem lauasse eodẽ prodest.

¶ Item accipe succũ Consolidæ maioris, succum plãtaginis maioris & minoris, & in iis lutum e ueteri fornace ademptum, macera, maceratumq; emplastri modo corpori infantis superimpone.

¶ De Aluo astricto.

¶ Quod si contra infantis aluus astrictior, neq; egerẽdo facilis fuerit, suppositorium, ex melle conficiendum erit, crassitudine uidelicet culmi duplicis, longitudine autẽ digiti minimi, idem coquendum, donec cõsolidetur & indurescat, & exinde oleo tinctũ, in aluum infantis inserendum. Idem confici ex radice caulis bethæ, aut radice herbæ eius, quæ ireos dicitur, mensura, ut supra, potest, tinctumq; eodem modo inseri.

¶ Item eodem prodest mellis tantũ quãta ciceris magnitudo est, sumpsisse, corpusq; leniter demulceri, idemq; lana, oleo humectata absterg i: aut fel bubulum lanæ implicatum umbilico imponi.

¶ Item prodest nutrici medicamento, quod aluum ciet, dato, postridie infantem

eiusdem uberibus & lacti admouisse.

¶ Itē accipe stercoris muris, dimidiū drachmæ, idq; cū adipe renis hircini contere, & exinde suppositoriū ea mēsura, quam supra posuimus, confectū, sedi infantis immitte.

¶ Item accipe foliorū Maluæ & Altheæ singulos manipulos, fœnigræci & seminis lini singulos manipulos, ibisci uncias duas, ficus decē: hæc omnia, aqua decocta, in mortarium iniice, & cōtunde, quæ cū pulmenti specie referent, iisdē butyri, & adipis gallinacei, uncias binas & croci scrupulā unā adde, emplastrūq; inde factū, & linteo crassitudine culmi inductū, uentri infantis per diem ac noctem tepidum obligato. ¶ Quod si aluū hoc nō mouebit, Accipe amplius aloes drachmā unā hellebori albi ac nigri singulorum grana quindecim, hæc pariter contusa, & in puluerem redacta, succo ebuli, aut felle bubulo, mēsura trium cochlearium subige, ac tempera, eoq; liquore lanam tinctam atq; humectatam, umbilico infantis, latam palmam impone atq; obliga.

¶ Item accipe succū ebuli, & farinam molendini, quod uocant, ex iis pulmentum coque, coctū linteo crassitudine pennæ inductum, emplastri modo umbilico & infra: ita ut stomachū non cōtingat, infanti impone.

¶ Item accipe rosæ purpuræ, manipulos duos, eosq; sacculo quattuor digitos lato inditos aqua ea qua fabri candens ferrum extinguere solent, addito nonnihil aceti, decoque, deinde sacculũ expressum infantis stomacho super impone.

¶ Item butyrum iuglandis calici seu testæ infusum, infantis umbilico illiga. Quãquã & toti uentri butyrum illitum & inunctum non parum ad hanc rem conducit.

¶ Contra Spasmum.

AT si quando contingat, ut infans morbo, quẽ Spasmon uocãt, torqueatur, id quod plerũq; fit, ex mala cõcoctione, aut imbecillitate attrahentiũ, præcipue pueris paulo pinguioribus, & uuidis existentibus, perungendus infans est oleo lilii, eius quod uiolam colore refert, aut etiã oleo candidi lilii, aut oleo de Reni, ut uulgo appellant. Atq; hic, si spasmus infantẽ corripit, tunc cũ mẽbra ceu sunt brachia & pedes, protẽdit & abse proiicit (quale inter osciandũ ferme fieri solet) aqua, in qua Tabsus barbatus, ut dicit, decoctus fuerit, lauari ac balneari infans debet: aut oleo uiolæ, & oleo amigdali dulcis, utroq; inter se mixto ac temperato, perungi. Quod si calor uehementior erit, oliuo simplici, aut oleo uiolæ, cum cæra alba modica

dica temperato laborantem perunge, capiti quoq; oleum uiolæ infunde.

¶ Contra tusim, seu destillationem.

¶ Nonnunquã uehementior quoq; tussis infantes infestat, destillationesq; ex capite, in nasum, os, ac pectus descẽdunt, quod ubi fiet, hoc modo subueniendum affectis ac laborantibus erit.

¶ Capiti infantis supernæ, ex alto duarũ spithamarum, aquam calidam infunde, idq; per mediã horam continue fac, lingua eiusdem interea melle colluta & inuncta. Postea inserta leniter manu, aut instrumẽto aliquo linguę interiorem imãq; partem modice deprime, ut ex eo uomitu concito, crassos atq; uiscosos humores, qbus tum abũdat infans, emoueat expuatq;, eoq; facto conualescet.

¶ Aut accipe gũmi arabicum, gũmi Tragachantum, semen Cydonii, succũ Glycyrrhizæ, & saccarũ penidium, eaq; simul cõtusa, puero quottidie cum lacte recẽs mulcta, modice absorbenda dato.

¶ Item accipe nucleos amygdalæ dulcis, eosq; deglube primum, deinde in mortario contunde, contusos cum succo fœniculi, aut aqua eiusdem decoque, decoctũq; mane ac uesperi infanti bibendum præbe.

¶ Item eodem prodest aqua marathri, cũ

lacte temperata & epota. Quod si tussis palatum & linguā infantis exasperasset, accipe seminis Cydonii duo cochlearia modice cōtusa, eaq; per horas duas aut tres calida aqua macerari sine, deinde ex maceratis uiscositatem & crassum humorē exprime per cotū, & quod reliquū est, cum saccaro penidio, & oleo amygdalæ dulcis defrigi ad focū in sartagine facito, & inde in electuariū redactum subinde infanti sorbēdum dato. Et si calor cum tussi ingrauesceret, electuario huic, succum granati dulcis affundito.

¶ Item cōtra tussim & calorem, accipe papaueris candidi & dragagāti, quod dicitur drachmas binas granorū cucurbitæ strictorum drachmas.iiii.eaq; oia bene contusa, cū aqua in qua sebastæ aut uuæ passæ decoctæ fuerint, tēpera, & puero subinde sorbēda dato.

¶ Item accipe passulas & exempto semine eas ī sartagine seu cacabo ferreo, cū aqua decoque: ita tamen ne quid eorū igne superante torreatur. Exinde a foco remotas in mortario probe cōtunde, & cum saccaro penidio subige, & magnitudine iuglandis mane ac uesperi sorbendas infanti dato.

¶ Rursum si tussis ex materia frigida peuenisset, accipe aliquantum myrrhæ contritæ, & cum melle eliquato, & olei amygdalæ

dulcis aliquanto ſubige ac tempera, atq; in/de infanti ſumendam præbe.

¶ Præterea nutricem quoq; oportet omnia ea uitare, q̃ tuſsim mouent ac generant: ut ſunt acetum, cibi nimiũ ſalſi, nuces, & oĩa acria. Eadẽ quoq; infantis pectus butyro, & eo quod dialtheas uocant, perungere debet.

¶ Item contra tuſsim, accipe Acinos, ſeu uuas paſſas, easq; in ſartagine frictas, cõtunde, & exinde adde tantũdem ſaccari penidii, cum oleo uiolarũ aliquanto & electuarium inde factum liquidum, ſubinde infanti magnitudine auellanæ ſorbendum præbe.

¶ Contra difficultatem ſpirandi.

ACcidit infantibus difficultas ſpirandi quoq;, quam græci diſpnaœm uocãt. Ad hanc ſubleuandam, accipe ſemen lini, & id contritum melle tempera, & ſubinde infanti dato. Quod ſi morbus ingraueſcat, & præcordia obſtruãtur, aures & quæ circum aures ſunt, oliuo bene atq; abunde perungito nec non linguam quoq; ut uomitus ciea/tur, pręterea aquam calidam in os inſtillato, & aliquantum ſeminis lini contriti & cum melle temperati, & in modũ electuarii ſub/acto, edendum dato.

¶ Aliud medicamentũ accipe cotum seu semina ea, quæ lanæ ĩuoluta reperiunt, eaq; contusa, cum assati oui luteo, infanti sorbenda dato. Quod si ad difficultatẽ spirandi accessit fluxus uentris, sorbendũ dato sirupũ Myrtinum cum melle coctum, aut dactylos cum lacte & farina tritici coctos.

¶ Contra pustulas seu (ut uocant) nesicas linguæ.

ACcidit infantibus quoq;, ut pustulæ illius linguæ innascant & ori, quod quidem ex acrimonia lactis prouenit, ore ac lingua infantũ ita teneris ac mollib. ut leui aliquo contactu offendantur. Proinde periculosum quoq; infantibus est, præterq; quod molestum lactis acredine ita inuri: Nam ex pustulis, quæ immaturæ sunt, & nigrescũt, eædem lethales plerũq; sunt, quæ aũt albæ sunt aut flauescũt, & minus periculi habẽt. Aduersus malũ igitur hoc, accipe uiolas cõtritas, atq; ori infantis impone. Aut accipe uiolas, rosas, & quæ xylo caracta uocant, simulq; trita omnia, pustulis offunde. Itẽ accipe succũ lactucæ, succũ solatri, & succũ portulacæ, quæ ubi simul cõmiscueris, & inter se tẽperaueris pustulis infantis illine. Quod si pustulæ nigrescerẽt, adde prædictis glycirrhizam contusam. Rursum si eædem humi

dæ fuerint, accipe myrrham gallam, & corticem thuris, eaq; bene trita, ac melle temperata, linguæ infantis illine.

¶ Item accipe succum mori austeri: aut ex uuis immaturis expressum, quod agreste uocant, eoq; linguam inunge.

¶ Item proderit pustulas uino ablui & uelut detergi, postea gallæ, aut corticis thuris puluerem tritum, inspergi.

¶ Quod si remedio præsentiori & acriore uti uoles, accipe boli Armeni, psidæ, & Sumach, singulorũ drachmas ternas, præterea gallæ drachmas duas, aluminis drachmam unã, hæc omnia cõtusa & trita cribro percolato, eũq; puluerem pustulis inspergito.

¶ Rursum si pustulæ hæ ruffescũt, multoq; sputos os replent, nutricis erit humidis atq; frigidis uesci, deinde lentes per bene cõmãducatas, ori infantis ac linguæ ĩponere.

¶ Item eodem confert amylum, aqua rosarum maceratũ & subactum, linguæq; infantis impositum.

¶ Item succus granatorum, succus cydoniorum, aut succus malorum macianorum, eodem modo impositus linguæ, prodest.

¶ Rursum si pustulæ flauescunt, tunc superioribus succis, misce succũ lactucę quoq; & succum portulacæ. Postremo si candicant

eadem, accipe myrrhæ & croci, singulas drachmas, saccari autē candidi drachmas duas, iisq; in puluerem redactis pustulas ac linguā infantis consperge.

¶ Exulceratio seu fissuræ oris.

FIt quoq; propter duritiem papillarū nutricis ut nonnunq; labia, aut os infantis exulceretur, & uelut fissuris quibusdam distringatur, quod cum factum est, accipe lanā purgatā, seu ut nrā uocat lingua, tractā, eāq; succo plātaginis, aut butyro nō cocto, aut recēti adipi gallinaceo, & iis oībus calidis, ītinicta atq; madefacta, infantis os ac labia inūge.

¶ Apostemata auriū & humor fluens.

INterdum aures quoq; infantiū humore fluunt, id quod ex abundanti corporis humore, & præcipue cerebri, prouenire solet.

Proinde malum hoc sic curabis, accipe lanam, eāq; melle cum uino rubeo mixto, & item aluminis triti aut croci modico temperato, humecta, deinde ex eadem, uelut quoddam pessarium aut liciniam factā in aures infantis insere, & cum lana humorem & sordes quæ in aure sunt, attraxerit, eandem ex aure exime, aliamq; nouam & recentē in locū repone. Quod si humor qui ex aure manat, purulentus fuerit, accipe mel coctum, & aqua temperatum, in aurem immitte.

Aut accipe gallam tritam, eaq; aceto temperatam eodē modo adhibe. Rursum si dolor aurium, ex flatu ac uentositate & humore proueniet, coquēdum erit origanum, uel myrrha, cum oliuo, & coctum in aures tepidum instillandum.

¶ Apostema cerebri.

AT uero si cerebro infantis apostema aliquod inflammatū (ut fit nonnunq;) in nascatur, & ex eo fauces aut oculi dolore uexantur, aciesq; pallere aut flauescere incipit, tum ea adhibenda erunt quæ cerebrum refrigerent & humectent, hoc modo.

¶ Accipe cucurbitæ solatri, & portulacæ succos, iisq; oleo rosarū temperatis, lanam intinge & humecta, humectatam capiti infantis impone, & quoties exiccata eadem fuerit, recentem & madefactā aliam, priore ablata, in locum repone.

¶ Oculorum Tumor.

CONtra oculorū tumorem, accipe Liciū, id succi genus est & lacte muliebri temperatum, oculis impone, tenerisq; linteis obliga, postea oculos ipsos, aqua, cum qua Camomilla & basilicon, cocta fuerint, ablue. Quod si autem inter tumescendū oculi ipsi non rubescāt, neq; frons inflammata foret, accipe myrrham, aloen, crocum, & rosarum

folia, eaq; simul uino ueteri tēperata & subacta, tenero aliquo linteo oculis illiga, narib. autem impone ambræ aliquantū, lacte muliebri subactum.

ALBVGO OCVLORVM.

CONtra albuginem oculorum, quæ plerūq; ex nimio fletu infantib. oritur, succum solatri oculis instilla. Et si fore ex eadē caussa oculorū uenæ rubore, scabie & tumore suffunderentur, eodem solatri succo, eas inunge.

CONTRA IMMODICOS calores seu febriculas.

SI uero infanti calores immodici & præter naturā (quā latini febrim appellant) accidat. Nutricis primum officium erit, iis uesci, quæ refrigerant & humectant, deinde infanti danda hæc, succus maligranati, aqua cucurbitæ, saccaro, & camphoræ aliquanto, temperata.

¶ Proderit item ad sudandum infantem prouocare.

¶ Item accipe farinā hordei, eāq; absynthii, plātaginis, maluæ, & semperuiuæ, siue sedi succis inter se mixtis subige, ex quo emplastrum factum, pectori infantis impone.

¶ Item perunge frontē infantis oleo rosarum, admixto populeo unguēto, similiter

& tempora & bracchia, & manus circa arte-
riæ pulſum, & pedes circa talos, eodem un-
guento, & eo egelido inunge.

¶ Itē accipe farinā hordei, roſas aridas, &
in puluerē redactas, easq; ſimul cū aqua ro-
ſarum, & aqua Endiuiæ temperatas ſubige,
inde emplaſtrū factū, corpori ſfantis ſpone.

¶ Præterea quoties infans lauabitur, ea
aqua lauetur, cum qua coctæ fuerint quæ-
cunq; infrigidāt, ut ſunt lactuca, portulaca,
Endiuia, Epatica, plantago, & id genus.

¶ Contra tormina ventris.

AT ſi infans torminibus uētris laboret,
id quod ex eo deprehenditur, cū & plo
rat immodice, & cum clamore in latera, nūc
huc, nunc illuc ſe iactat. Fouendus eſt uen-
ter impoſita lana, quæ calida aqua, oliuo &
ceræ modico humectata fuerit.

¶ Corpus intumeſcens ac turgidum.

¶ Quod ſi infans toto corpore, aut aliqua
eius parte intumeſcat, accipe Sambuci atq;
Ebulicymas ſiue ſummitates, & decoctas ui
no albo, infanti circūuolue præſertim, ſi ma
gno calore non inflammetur.

¶ At ſi cū dolore capitis uēter turgeſcat
quoq; tunc accipe myrrhā, aloen Epaticum
& crocum, eaq; ſimul contuſa, fabarum ſuc-
co tempera, capitiq; infantis impone.

¶ Sternutatio crebra.

INterdũ accidit infantibus, ut crebra ster/nutatione infestẽtur, cuius rei caussa si est apostema cerebri, imponenda capiti eius ea sunt, q̃ refrigerant, siue ex oleo, siue unguento, siue succo & cęteris id genus. At si ex alia caussa non ex apostemate hoc malum prouenerit, Basilicum contere, siue siccum siue uiride erit, contritũq̃ naribus infantis insere. Quod si sternutatio hæc cum calore inciperet, oculiq̃ infantis, quasi retro cessisse uiderentur: tum capiti eius folia portulacæ impone, aut cucurbitam tenuiter rasam cũ rosarum oleo, & farina hordei temperatã, addito etiam uitello oui.

¶ Papulæ quas cutis uesiculas uocant.

PApulæ in corpore infantis, si nigrescũt lethale est, quo magis periculosum erit, si eædẽ frequentes & crebæ fuerit. At si candicant, minus periculi portendunt, pueroq̃ conualescere licet, itidem, si rufescant.

Proinde accipe folia rosæ rubentis, folia myrti, & tamarisci, eaq̃ cum aqua coque, & linteum aqua, in qua decocta fuerint madefactum, papulis infantis impone.

Item ungere infantẽ oleo rosarum, myrti, ac tamarisci, eodẽ modo prodest. Quod

si papulæ candicent, aut rufescant, sine primum ut maturescant & postq̃ maturuerit, tum demum curam adhibe. Suppurascentibus autem illis, & iam apertis, ungentum ceruſſę, inunge.

Nec non proderit papulas, mulsa aqua, Hydromelle, in quo uitrum maceratum ac temperatum fuerit, colui. Nec ignoro, plura in hunc usum remedia ab Auicenna tradi, q̃ tum si quis uolet, ex eo petat, nos enim pro modo huius libelli, satis habemus unũ atq; alterum, & quod conferre maxime uisum erat, huc apposuisse.

TVMOR INGVINVM uel inflammatio testium.

CAeterum accidit ĩterdum infantibus, ut ex nimio ploratu circa inguina, & in interiore parte fœminum intumescant, nõnunq̃ etiam rumpantur. Aduersus hæc accipe semen ꝗ nostri Ameos dicunt, cõtritũ, & luteo oui temperatum, tumori aut rupturæ impone, impositũq; tenui aliquo linteo obliga. Aut si magis placet, accipe Lupinos amaros, uinoq; maceratos addita myrrha, eidẽ uino incoque, & emplastrum inde factum, tumori ac læsæ parti impone. Aliud remediũ. Accipe aluminis drachmas quindecim,

gallæ drachmas.xi.contusa simul cum uino rubeo decoque,eousqꝫ,donec in crassum liquorẽ redigantur,quẽ deinde rupturæ siue ramicibus,ut latini uocant,impone,supꝑ imposita spongia quoqꝫ,aceto aqua mixto,humectata,ac subide,cũ defluit renouata. Quã quã poteris idẽ decoctum cũ glutino ex coriorum ꝑsegminibus cocto,lintheo inducere siue illinere, illudqꝫ postea affectæ parti obligare,& idem quoties defluit renouare.

¶Tumor Vmbilici.

ACcidit item ĩfantibus,ut umbilicus tumore suffundatur,præsertim tũc, cum a partu resecatur. Contra hunc igitur tumorem accipe Spicã Celticam,quã uulgus magdalenę florem appellat,quam etiam lixiuio imponunt,& addito oleo Sesami,cum Terebinthina,ad focum decoque,postea in decocto lanam humectatam,crassitudine digituli,umbilico infantis impone.

¶At si infantis umbilicus ex nimio ploratu,aut tussi,aut iactu,ictuue intumuisset, aduersus hoc accipe lupinos,& puluerem ex linteis puris ac ueteribus concrematis ,redactum,eaqꝫ cum uino rubeo temperata,& cãnabinæ (ut sic loquar) stupæ,infusam siue illitam umbilico impone.

INSOMNIA.

CONtra insomniam, hoc est, cum infans suo ac legittimo somno destitutus, tẽpus omne uagiendo terit, accipe caules papaueris aut caliculos eiusdẽ, una cum semine, & addito oleo lactucæ, oleoq; papaueris, inter se omnia temperata, fronti atq; temporibus infantis fascia aliqua tenui, illiga.

¶ Quod si talis insomnia ut fit interdũ, ex lactis quod ex nutrice sugit, ĩpuritate accidat. Accipe oleum uiolarum, & addito aceti modico, naribus infantis subinde instilla. Aut accipe oleum rosarum, succo lactucæ tẽperatum, eoq; caput infantis perunge & stomachum. Præterea cura, ut nutricis lac melius reddatur.

¶ Item sirupum accipe, ex papauere albo temperatũ, & infanti sorbendum da, frontẽ autẽ & tempora oleo uiolarũ, in quo Croci aliquantum & oppium intrita erũt, inunge.

SINGVLTVS.

CONtra singultum accipe nucem indicã, eamq; tritam, & saccaro temperatam, infanti edendam dato.

¶ Accidit autem singultus, uel ex nimio cibo, uel ex defectu cibi, & inanitate stomachi. Itaq; ex abundãtia cibi, aut frigidate stomachi quoties prouenerit, stomachum oleo

laurino calefacto, inungi conueniet, & aut emplastrum ex aneti semine, trito & succo menthæ, temperatum calidũ, stomacho super impone. Rursum si ex carẽtia sibi & stomacho famelico singultus oriẽt, accipe oleũ uiolarum, aut rosarum: aut etiam succũ Endiuiæ, seu aliarum herbarum, quę vim infrigidandi habent, eaq; lacte muliebri temperata, stomacho inunge.

Lac quoq; & alia suauia & utilia bibenda eidem præbe. Neq; te moueat, si reiiciat etiã per uomitum, quæ absorbenda dederis. Nã semper tantum remanebit, quantum ad stomachum fouendum atq; humectandum satis erit.

NAVSEA SIVE APpetitus uomendi.

Contra nimiam uomendi appetentiam gariophilorum tritorũ, quaterna grana infanti sumenda prebe.

¶ Item accipe mastiches, thuris candidi, & foliorum rubentis rosæ, quãtum satis iudicaueris eaq; omnia trita, & succo menthæ temperata in emplastrum redige, idq; stomacho infantis impone, & si uomitio hæc crebrior, & validior erit, supradictis aceti nõ

nihil admisce.

¶ Aliter, accipe similam cãdidam, eamq; torre, donec ruffescat, deinde contusam rursum aceto immitte additosq; ouorum uitello duro cocto, Mastiche, thure, & gũmi arabico, omnia inter se subige, ac succo mẽthæ temperata, in emplastrũ redige, idq; stomachi orificio infantis impone.

¶ Ori autem eiusdem tostum seu recalefactum panem oppone. Caussæ autẽ huius mali tres ferme sunt. prima, si plus sugendo lactis infans hausit, quã concoquere potest.

Altera, si lac nutricis tenue, aquosum, humidum & fluidum. nimis est. Tertia, si idem lac impurum ac feculẽtum, & ex his caussis præcipue uomitus mouetur, si accidit stomacus imbecillis ac humidus. Itaq; infanti his rationibus medicari oportet. Primũ ut minus q̃ ante sugendũ prębeas, lacteq; pro modo abstineas. Deinde ut id quod reiicit obserues, an acetum redoleat, & an candicet. Nam si hoc fit, accipe candidi thuris grana octo, rutæ aridæ grana uiginti, eaq; trita & temperata cum sirupo rosarum rubentium, puero sorbenda dato.

Aut nutrici cuminũ dato. quod commanducandum puero in os inserat: atq; illinat. Prodest & sirupum granatorum, cum pul-

uère menthæ tritæ, infanti datum.

Item accipe xylo aloes drachmam unam, mastiches drachmæ dimidium, Gallæ grana decem, eaqꝫ trita, & sirupo rosaceo temperata, addita galla muscata, infanti ante lactãdum subinde sorbẽda dato. Stomacho præterea emplastrum hoc quod sequitur impone. Accipe Mastiches, Accatiæ, xylo aloes, gallæ, thuris candidi, tosti panis, singulorũ pondus par, eaqꝫ contrita una cum rosis rubentibus & sirupo rosarũ temperata, stomacho infantis impone.

¶ Rursum autẽ si id quod uomitu reiiciatur, non oleret acetum: sed aliud quippiã acerbum, neqꝫ etiam colore cãdicans: sed pallescens magis foret, tunc infanti succũ agrestis, quod dicitur, aut succum Cidoniorum, hauriendum præbe.

¶ Emplastrum autem huius generis adhibe. Accipe farinã hordei, summitates seu cymas mori agrestis, seu ut vulgo uocãt, morobacci, & psidam hoc est corticem mali granati, & hæc omnia simul cõtrita, & aqua rosarum tẽperata, stomachi infantis impone.

¶ Pręterea si stomachus ĩfantis foret humidior, & minus concoquens, perunge eundem foris aqua rosarum, in qua muscus tritus sit, aut aqua Myrti, bibendum autẽ prebe succum

be ſuccum cydoniorum, cum modico gario philorum, & ſaccari, aut gallæ muſcatæ ſcrupulo temperatum & mixtum.

INSOMNIA TERRIFICA.

NEcnon terrifica inſomnia infantes interdum inquietare ſolent, que plerúq; ex abundantia alimentorum ſeu cibi prouenuiunt, ea ſic procurari debét. Principio caue ne ſtatim a cibo cubitum infantem reponas deinde aliquantum mellis, lingendum præbe quo ea quæ concoctu difficiliora ſunt, facilius concoquantur, & deinde cætera ad aluum & incrementa cogantur.

¶ Item quottidie infanti ſeptuncem drachmæ, eius electuarii, quod diamuſcum, aut diapliris uocant, ſorbendum præbe. Theriaca quoq; non parum hoc loco prodeſt, cum lacte ſumpta, ut Raſis quoq; probat.

MATER PVERORVM.

EST præterea morbus, quæ puerorũ mater uulgari nomine uocatur, quæ nonnihil cum Epilepſia commune habet, & infantes plerúq; cum lactantur infeſtat.

Cuius ſigna ſunt hæc, frequens ploratus, terror inter dormiendũ uigiliæ, calores immodici, & fœtens anima.

¶ Prouenitq; etiam hic ex imperfecta cõcoctione, cum lactis plus infanti quam con-

coquere poteſt, prebetur.

Itaq; cum huic ſuccurrere uoles, primum cura ut lac nutricis emendetur, quo facilius cõcoqui poſsit, deinde Electuarii eius, quod diamuſcum uocant, aut diapliris, quotidie infanti ſcrupulum dimidium dato.

In primis autem confert, theriaca cum lacte ſumpta.

ASTHMA, RAVCEDO, ſiue ſtridor animæ.

SVperius de difficultate ſpirandi, & quomodo eadem curanda ſit, diximus. Sed eadem illa interdum ita increſcit, ut infans in ſomno quoq; ægre, & non niſi cum ſonitu ac ſtridore quodam anhelet.

Quod cum accidet, ita medicandum erit. Accipe lini ſemen bene tritũ, ac melle deſpumato temperatum, ori infantis ſubinde illine.

¶ Quod ſi color mediocris erit, accipe cuminum tritum, & melle deſpumato, temperatum, eodem modo adhibe.

¶ Procidentia ſedis.

COntra procidentiam ſedis, hoc eſt, cum os inteſtini inter connectendũ ſe emouet, accipe pſidiæ, myrthi, caliculorum glan

dis, foliorum rubentis aridę rosę cornus cer uini combusti aluminis, ungulæ caprinæ, ba laustiæ, hoc est floris granati, & gallæ, singu lorum pōdus par, eaqꝫ omnia cum aqua de/ coque tādiu, donec aqua uires decoctorum attrahat, & in eadem aqua tepida infantem laua.

TENASMVS.

QVALIS morbus Tenasmus sit supra diximus, is igitur infantibus quoqꝫ interdū accidit, & plerūqꝫ ex frigiditate, cōtra quem his remediis utere. Accipe Nasturcii horten sis, & cumini seminis singulorum pondus æquale, idqꝫ tritum & temperatum butyro ueteri, cum aqua frigida bibendum præbe. Aliter, accipe Terebinthinam, eaqꝫ carboni/ bus imposita, fumum qui inde oritur, sede infantis excipe, cęteris circū circa obturatis.

Item accipe colophoniam picem, eaqꝫ car/ bonibus imposita suffitu anum infantis ut supra confoue.

TINEAE ALVI.

INnascuntur & tineę aluo siue intestino in fantis recto, magnitudine uidelicet earum quæ ueteribus casu innasci solent.

Innascuntur item & aliæ in uentre, ma/ gnitudine lumbricorum. Contra has igi/ tur hæc remedia prosunt. Accipe grami/

nis aquam, siue ut alii uolunt, aquam proser pinatæ, eamq; cum lacte potandam infanti prebe. Aut sic, accipe corallii candicantis, ra, suræ eboris, cornus ceruini cõbusti & Iryi, singulorum scrupulos singulos, saccari can, didi uncias duas & semi, aquæ graminis, seu ut alii centinodiæ, quantum ad temperanda illa sufficit, & ex iis omnibus subactis suppo sitoria confice, & infanti quottidie pondere drachmarum duarum adhibe. Aliter, se, cundum Rasim, accipe Cumini triti, & felle bubullo temperati, quãtum satis uidebitur, & inde emplastrum factum, umbilico infan tis impone.

Item oleum oliuorum sumptum, contra omnis generis tineas prodest, easq; necat.

Item contra tineas minores ani, accipe co, ti lanam teneriorem, & ex eadem suppositoria confice, quæ oleo absynthii, aut rutæ aut nucleorum persicorum, aut etiam amygda, læ amaræ, intincta, sedi infantis insere.

Prodest item infantem lauari aqua, cum qua folia persici, & absynthiũ cocta fuerint. Vngentum ad eundem usum. Accipe absyn thii, lupini, singulorum binas drachmas, Si, leris montani, cumini, nigellæ, centaureæ, cẽ tonici, cornus ceruini combusti, singulorũ drachmas. iiii. eaq; omnia trita, & oleo Ab,

ſynthii,aut Amygdalæ amarę,pondere dua rum unciarum additis ceræ drachmis.iiii. temperata,in ungentum redige,ipſoq; apud focum,aut alias in loco calido, infantis uentrem & corpus perunge.

Aliud eodem. Accipe nigellæ drachmas duas,abſynthii,maſtiches,ſingulorum drachmam.i.aloes, coralii rubrii, ſingulorum drachmas.ii.coriandri præparati,drachmas ſex eaq; omnia bene trita,& cum farinæ ſiliginis,unciis tribus,lupinorum tritorũ drachmis ſex,& croci drachma una, additis ſucco rutæ,pondere unciarum.ii. aut ſi hic deſit,oleo rutæ,ponderis eiuſdem,& ſucci abſynthii,unciis quattuor,aut ſi ſuccus deſit, oleo abſynthii pondere pari, temperata, in emplaſtri modum redige,idq; umbilico infantis,ſpacio palmæ impone.

Aliter, præcipue contra maiores tineas, quos lumbricos hodie appellãt,hoc modo.

Accipe ſucci abſynthii,& fellis bubuli uncias binas,Colocynthidos,drachm. viii.iisq; tritis & ſubactis,emplaſtrum addito farinæ tritici modico,confice,idq; umbilico infantis impone.

Balneum quoq; contra tineas,hoc modo apparabis.abſynthium & gallam,quantum pro modo ſatis erit,cum aqua decoque,eaq;

aqua infantem uſq; ad umbilicum inſidentem, calida laua.

INTERTRIGO.

COntra intertriginem, hoc eſt, cum mẽbra & cutis infantis, acrimonia lotii interteruntur, accipe myrtum tritum, eumq; affectæ parti aſperge.

Aut accipe Iryon, roſæ rubentis, Cyperi aut Tragachanti quantum pro modo morbi ſufficiet, eaq; uel ſingula, uel omnia ſimul contrita, affectæ parti inſperge. Item accipe olei roſarum unciam unam, thuris candidi drachmam unã, his colliquatis, adde camphoræ, prius aqua roſarum maceratæ & liquefactæ, grana octo, unguẽtoq; inde facto, loca infantis uiciata, inunge.

Eodem proſunt, unguentum, quod uocant album, ſiue ceruſſæ, & unguentum rubeum.

EPILEPSIA SEV morbus Comitialis.

COmitiali quoq; morbo infeſtãtur infantes, & hoc duob⁹ modis. Aut enim ſimul cum partu agnaſcitur morbus, & ex frigiditate, & malis humoribus cerebri, cauſſam trahit. Aut poſt partum ex accidẽtibus cauſis accidit, in quo caſu idem ſi ante uigeſi

mum quintum annum masculum, puellam uero circa temporis illud, quo menses primum mouentur, non deserat, neq; etiam intra id spacium ætatis siue naturæ potestate, siue medicamētis auerti, & curari possit, periculum est, ut per omnem ætatem uitæ, seu masculus seu puella illa fuerit, eo non liberetur.

Proinde si una cum morbo infans natus fuerit, curandum est, ut eo cibo sustentetur & alatur, qui & ætati ei conueniat, & suo tēpore prębeatur, deinde qui calidus & siccus natura sit, cuiusmodi & ipsa nutrix uti debet. Rursum si non natura: sed ex accidente aliquo morbus idem prouenerit, dāda opera est, ut lac nutricis bonū, atq; naturæ quā maxime conueniens sit. Atq; eam ob rem, si necessitas postulare uidebitur, nutricis caput medicamētis idoneis & debitis purgari quoq; non inutile ac pręter rem erit, Eadēq; uitare debet, omnia quæ infrigidant, & infanti lac præbere, non ultra quam facile concoqui potest. Pręterea in nares infantis subinde instillanda erūt oleum castorei, oleum costi, aut oleū Euforbii, adhibendaq; iisdē odoris caussa, Ruta, & Aza fœtida. Collo aūt adnectenda semina & radices peoniæ, luna decrescēte decerptæ & effossæ, Et theria-

ca quoq̃, si necessitas amplius poscat, potu danda est.

Item prodest infanti dare coagulum leporis cum aqua mulsa, quo tamen sumpto eo die abstinendum eidem a lacte & sugendo erit.

Item collo infantis suspẽde uiscum quercinum, qui mense martio & decrescente luna decreptus sit. Nec non alia plura quoq̃ eodem conferunt: sed nos breuitatis gratia, quæ potissimum uidebãtur, ea tantum adscripsimus.

TABES SEV MATIES IMMODICA.

AT quoties infans ita decrescit, ut ossa cutem trahant, ex qua re etiã in languorem & ægritudinem incidit, lauacro utendum est ex aqua, cũ qua caput & pedes arietis cocta, eousq̃ fuerint, donec caro ab ossibus ultro ac sponte abscedat, seseq̃ resoluat. Et ex hoc lauacro, quoties infans exit, (sæpius enim eo lauari debet) abstergendus est primum accurate, deinde ungendus hoc qd̃ sequitur ungento. Accipe butyri non cocti, siue recentis, olei uiolarum, aut rosæ, singulorũ drachmas binas, assungiæ drachmas sex, Ceræ candidæ drachmas quattuor, eaq̃ omnia simul colliquata, in ungentum refer,

eoq;,ut diximus, a balneo utere. Vngentum aliud. Accipe ceram candidam, assungiam, seuum ouis, butyrum recens hæc omnia in uase carbonibus imposito colliquata, decolata, & in unguenti speciem redacta. ut supra.

¶ Lassitudo membrorum.

INterdum fit, ut infantis membra Paraliticomore langueant, suumq; officium destituant: ita ut neq; manus & bracchia attolli, neq; pedes incedere ualeant. Proinde si hoc accidat eo tempore cum adhuc mamma infanti datur, confoetanda atq; firmanda nutrix est, iis medicinis, quæ calefaciunt, atq; siccant. Eademq; cibo uti debet utplurimũ assato aut fricto, a lacte uero & piscib. item carne crassa & indurata sale prorsum abstinere.

Præterea nec uino uti debet diluto ac mixto, infantemq; priusquam lactetur, lauare, & deinde oleo Castorei, aut costi perungere.

Cui etiam quottidie ex hoc Electuario, quod sequitur, aliquantum sorbendum dari, non inutile erit.

Accipe Mentastri, Cinnamomi, Cumini, foliorum rosæ aridæ, Mastiches, Fœni græ-

ci, Valerianæ. Præterea Amei Doronici, ut uocant, Zedoariæ, gariophyli, Sandali, Xylo aloes, singulas drachmas, mulci autem dramæ dimidium, his omnibus simul tritis & melle despumato subactis, electuarium confice, & ex eo quottidie infanti laboranti quadrantem drachmę sorbendum dato. Quod si infans omnibus membris deficiat, accipe ceræ unciam, & drachmã unam Fuforbii, eaqꝫ sub acta, & temperata cum oleo oliui, emplastri modo, spinæ infantis impone.

TREMOR ARTVVM.

TREMOR artuum si infanti accidat periculum ne contrahatur membris, & Epilepsia corripiatur, proinde uenienti malo ita succurrendum est. Accipe oleum rosarum, & oleũ Nardi, iisq; simul mixtis ac calide temperatis, spinam infantis & item cætera membra quæ tremunt, perunge.

Quamuis idem etiam alio oleo, quod calefaciat, ut est laurinum, fieri potest.

Quod si hac medicina nihil proficies, medicos ulterius consule.

CALCVLVS.

PRAETEREA si infans calculo, aut alia qua piam urinæ, ac eius meatuum obstructio-

ne laborat, id quod ex his signis deprehendi tur, si stranguria uexatur, si sæpe urinā ciet, modice tamen, & non nisi cum difficultate ac dolore emittit, si ipsa urina diluta & clara & in masculo membrum laboranti assiduo arrigitur, tunc in hunc modum subueniri debet. Principio in aqua, cū qua malua, ibiscus, semen lini paritaria cocta erunt, infantem lauato, deinde sorbendum aliquid dato, quod urinam ciet, promouet, postremo quando cubitum reponetur, eundem oleo circum genitalia inungito, & aquam moro baccorum, cum lacte potandum dato. Aut aliter, accipe sanguinem hirci, & scorpionis cremati puluerem, eaqꝫ una cum oleo scorpionum, aut oleo lilii candidi, subacta & temperata, emplastri modo, infantis corpori, supra genitalia impone.

OCVLI STRABI.

POstremo strabos oculos quoqꝫ sic procurabis, ne ea consuetudo in naturam transeat. Prīcipio cunas, in quibus infans iacet, ita colloca, ut infans lucē recta aspiciat, neqꝫ sursum, neqꝫ ī latus acie deflectere possit. Quod si in obliquum acie rapi, & limis tueri iam cœperit: tum cunas rursum ita po

ne,ut ex diuerso latere lucem habeat cogaturq; ab eo latere,in quod acie deflexerat,in alterum ac diuersum,dum lucem petit reflectere. Noctu autem, lucernam quoq; in eandem partem pone,ut eius lumine, ab eo latere,in quod acie deflexerat, in diuersum eodem modo reuocetur.

Præterea in eandem partem, a qua uisus infantis in diuersum rapitur,aulæa uariegata,seu pannos illustrium colorum,pręcipue Lutei & prasini suspende, ut eorum quoq; obiectu,uisus reuocetur. Nam dum crebro respiciet,ad ea quę uisum alliciunt,aciem ab ea parte cui iam asuescebat,in diuersam paulatim retorquebit. Atq; hæc eo usq; facere conueniet donec rectam aciem recepisse uideatur. Nam si longius idem feceris, neq; modum certum obseruabis, periculum est, ne quod ab vno latere deriuabit,in alterum, studio uitandi nimio transferas.

Atq; hæc pro modo huius tum argumẽti,tum etiam libri,tradidisse sufficiat. Quæ si studiosis ac bonis,ut quiq; erunt,grata ac lectu digna uidebuntur, futurum cõfido ut neq; illos lectionis suæ, neq; me laboris ac operæ unquã pœniteat. Neq; enim tam imperitum aut inhumanum quẽquam fore arbitror,qui,si quid durius aut minus scite hic

a me dictum est, non rei potius difficultati, & argumento a crebro scribentium usu remoto, q̃ mihi aut negligentiæ meæ tribuendum esse iudicet.

FINIS.

Sub initio operis, ubicunq; reperiuntur partuum figuræ depictæ, ad subsequentem textum singulæ sunt referendæ, quod te cõmonitum, Lector, uolebam. Vale.

Francofurti. xix. Octobris. 1532.

¶ Venetiis apud Bernardinum Bin/
donis. Impensis D. Io. Baptistę,
Pederzani. Anno Domini
M D XXXVI.
Mensis Iulii.